Seinem lieben Freunde
Richter
mit herzlichem Dank für
die Sendung u. mit den
besten Wünschen zum neuen
Jahre

Bartenst. 2 Jan 61.
A. Kißner.

DE PRAEVERBIO ὙΠΟ IN COMPOSITIS ABUNDANTE

scripsit

A. KISSNER.

LYCCAE 1854.
Ex officina typographica Guil. Menzelii.

Abhinc annos octo commentariolo de pleonasmo praepositionum Graecarum cum nominibus compositarum conscripto satis mihi videor haecce potissimum effecisse:

1. regulam a veteribus grammaticis propositam: ὅταν παρέλκῃ ἡ πρόθεσις, οὐ ποιεῖ ἐξαλλαγὴν τοῦ τόνου (Schol. Hom. V. 173) tantum non nihili esse faciendam. Alias enim plerumque subesse caussas accentus non retracti. Cf. Progr. Lycc. MDCCCXLVI, § 3 — 16.

2. Motionem, oxytonesi admodum propinquam, in simili caussa versari, nec esse abundantiae testimonium habendum. Cf. ib. § 17 — 22.

3. Vocabula a duobus et tribus praeverbiis composita ipso cumulo a veterum grammaticorum esse impetu defensa, qui talia tam accurate tractarint, ut ipse Eustathius, acerrimus pleonasmi investigator, 217. 20 libere fateatur: ἰστέον δὲ, ὅτι οὐδαμοῦ στοιβὴν προθέσεων μάτην οὕτω τίθησιν ὁ ποιητὴς, ἀλλ' ἑκάστη τῶν συγκειμένων προθέσεων σημαίνει τι. Cf. ib § 26.

4. Fines abundantiae ac terminos optime esse a Quintiliano constitutos, qui ea iubeat vitiosa dici, quae neque intellectum adiuvent, neque ornatum. Cf. ib. § 27.

His pauca addenda puto. Et primum quidem de accentu. Cuius notatio anno ducentesimo a. Ch. n. ab Aristophane Byzantino inventa, qui idem interpunctionum auctor habetur, (Wolf. proleg. p. 219,) ab Alexandro, quem Aelium Hadrianum postea nominatum perhibent, accuratius explicata, multo autem post demum in quotidianum usum introducta, iam hac de caussa certissimum plenasmi signum duci non poterit, quod Aristophanis aetate ab Homeri temporibus sex pluribus sae-

culis remota vocabulorum inflexionem ac sonum multis iam partibus commutatum fuisse necesse erat. Quod quam naturae sit consentaneum, vel ex nostris quibusdam licet cernere vocabulis, quorum accentus haud ita magno temporis spatio interiecto finitimorum populorum consuetudine corruptus traditur. Dicimus enim Marketénder pro Márktender, Galóp pro Gálop, (jach-lopen) ipsosque nos perperam Germánen, cum proprie Gérmanen simus vocandi. Cf. Grimm. Gramm. T. 1. p. 23. Quo eodem pleraque in-ei exeuntia nomina pertinent, quae per quandam synecdromes speciem ad eorum pronuntiantur similitudinem, quae ab aliis gentibus recepimus, (Abteí abbatia, Melodeí,) verbaque in-iren terminata, magnusque adiectivorum numerus, sicut ungeheúer, leibháftig, unstérblich, idque, quod antea rectius eloquebantur, lebéndig. Goettling. d. accent. p. 34. Quae exempli gratia a nobis prolata, a Grimmio et Lachmanno diligentissime tractantur.. Neminem autem fugere puto, quantopere tum temporis iniuria, tum finitimarum gentium commercio accentus constitutio deleta apud Graecos titubare inceperit. Ad tempus igitur, cum literarum studium omne in Prucheum commigravit, Aristophanes exstitit prohibiturus, quominus Aegyptiorum usu funditus vocum Graecarum sonus exstirparetur.

Quodsi accentus rationem a grammaticis traditam nostra aetas recepit, vix certum abundantiae signum duci potest, totaque ista de accentu disciplina hac fere ratione erit diiudicanda. Syllaba cuiusque vocabuli primitiva eadem princeps est et gravissima. In hac igitur ex naturali lege accentus ponatur necesse est, ut φθόνος, λόγος, γράμμα. In compositis autem ea pars erit primaria, quae addita fuerit, dummodo ne superesse putetur. Quo fit, ut accentus retrahi in compositis iubeatur a grammaticis, sicut usu venit in vocibus σύλλογος, ἐπίλογος, ἐπίγραμμα. Praeverbio autem abundanter adiecto fieri non potest, quin accentus eadem sede remaneat. Quae omnia naturae convenienter traduntur. Iam vero in animo est, ostendere, totam de pleonasmo praepositionum disciplinam fictis et commenticiis grammaticorum fabulis esse refertam. Quodsi minus praepositio abundaverit (neque adundat in plerisque) accentu non retracto, alia huius rei caussa erit investiganda, ut est a nobis investi-

gata in ipsis veterum grammaticorum praeceptis. De ἐναντίος dubii haerebamus, quod unum nobis lege ista a veteribus proposita teneri videbatur. Re autem iterum iterumque deliberata, ita apud animum statuebamus, non tam propter pleonasmum hanc vocem esse paraxytonam, quam aliis de caussis. Decompositum haberi propter ipsum accentum nequit. Namque ἔναντι, κατέναντι, ἀπέναντι scribuntur ab extrema tertia erecta. In his nimirum relatione vocis sententia ita temperatur, ut ipsa relatio, sicut assolet in adverbiis, praevalere videatur, quare similiter Germanorum sermone hoc dicitur entgegen. Ἐναντίος (Gegner) autem integram eamque gravissimam retinens vocis principalis vim ac notionem, necdum relatione prorsus obscurata, accentum in ea syllaba stabilem immutabilemque habet, quae est aptissima ad istam notionem illustrandam. Relatio autem leviter gliscens oculorum aciem veterum grammaticorum effugiebat. Quorum leges si fas est emendare, hoc fere modo abundantium ratio exprimatur:

1. *Πᾶσα λέξις ἐν τῇ συνθέσει ἀναβιβάζει τὸν τόνον, οἷον παραπλήσιος, ὅπερ προπαροξυτονεῖται τῆς σημασίας μεταλλαχθείσης.*
2. *Ὅταν παρέλκῃ ἡ πρόθεσις, οὐ ποιεῖ ἐξαλλαγὴν τοῦ τόνου. Παράδειγμα ἐλλείπει.*
3. *Ἰστέον γάρ, ὅτι τὸ ἐναντίος οὐ ταὐτόσημόν ἐστι τῷ ἀντίος· ἀναφορὰν γὰρ σημαίνει.*

Sed haec quidem hactenus.

Ceterum moneo, ne quis aut grammaticorum aut lexicographorum conatibus perductus μείωσιν praeverbio ὑπό notatam tam late patere arbitretur, quam isti simulant se monstrare posse. Mihi quidem persuasum est, ita tantummodo ista interpretatione praepositionem explicari posse, ut propria eius vis ne negligatur. Sed quoniam in hunc locum saepissime oratione regressuri sumus, hic satis habeo dixisse, cum ceteros lexicographos, tum vero Papium in hunc errorem longe lateque diffusum rapi, quem haud raro incuria ac negligentia in fraudem turpissimam impulsum comprehendebamus. Quanquam tanta, quanta in universum diligenter occupatus erat, turba vocabulorum vix mirum est oculis nonnunquam esse caliginem offusam. Quem virum doleo quod nobis tempus invidit tristi desiderio relicto.

In his autem literis nascentibus nihil plene perfecti atque absoluti adhuc potest requiri, cum praesertim arctissimis loci finibus circumscripta oratio exsultare nequeat. Quare ea tantum in animo est afferre, ex quibus appareat, quid de pleonasmo statuendum censeamus, nulla quaestionis integritate affectata.

Cap. I.

De verbis, in quibus praepositio ΥΠΟ abundare videatur.

§. 1.

Primum genus id est, in quo ὑποδάμνασθαι versatur: Hom. 3. 214 et 16. 95 εἰπέ μοι, ἠὲ ἑκὼν ὑποδάμνασαι. Nicand. Alexiph. 86. καμάτῳ δ' ὑποδάμναται εἴκων, ut ibid. 83 αὐτὰρ ὁ θυμῷ Ναυσιόεις ὀλοοῖσιν ὑποτρύει καμάτοισι, Theocrit. 10. Anthol. G. L. 62 ὑποδμηθεὶς βελέεσσι, ib. 66, 35, ὃς ἀνδρῶν φρένας εὐμαρέως ὑποδάμναται, Quint. Smyrn. 6. 284. Νέσσον ὑπεδάμνατ' ὀϊστῷ; qui poeta novi quid invenit: 2. 260 τοῦ δ' ὑποδῃωθέντος. — Hom. XXI. 270. ποταμὸς δ' ὑπὸ γούνατ' ἐδάμνα, quocum componendum XXI. 52 κάματος δ' ὑπὸ γούνατ' ἐδάμνα, mihi quidem adverbii loco scriptum videtur, sicut II. 95, X. 95, XVIII. 411, 347 aliisque locis compluribus. Namque eodem fere intellectu plerisque locis simplex reperitur ἐδάμνα (δάμνα, δαμνᾷ) Hom. 11. 221, V. 391, XIV. 439, XVI. 103. Apud Hesiodum scut. 53 ὑποδμηθεῖσα κελαινεφέϊ Κρονίωνι, theog. 327 Ὄρθρῳ ὑποδμηθεῖσα, ib. 374 ὑποδμηθεῖσ' Ὑπερίονος ἐν φιλότητι] ὑπευνηθεῖσ' alio quidem spectat, sed nihilo minus aperta praepositionis significatione, ut Nicand. fragm. 21. ἀρπακτοῖσιν ὑποδμηθεῖσ' ὑμεναίοις, conferatur licet Ep. Kyz. 1. 1. τάνδε Διὸς δμαθεῖσαν ἐν ὠδίνεσσι κεραυνῷ. (Σεμέλην.) Ab his segrégandum Nicand. Alexiph. 294. ὀρταλὶς αἰχμητῇσιν ὑπευνηθεῖσα νεοσσοῖς, nisi Spitznero duce (d. product. brevium syllab. p. 35.) ὑπὸδμηθεῖσα scribi magis placuerit. Iam Paul. Silent. V. 300. 4. αὐτὸς ὑποδμηθεὶς ἐλπίδος ἐκτὸς ἔβη, ipsum de amoribus scriptum, proxime ad certaminis notionem accedit. Cum autem occulti notio comprehenditur una cum subigendi notione, vocabulo separatim adiecto haec notio exprimitur, sicut Hom. hymn. in Diosc. 16. 4. λάθρῃ ὑποδμηθεῖσα κελαινεφέϊ Κρονίωνι. — Homerus sensu potissimum motus ingentem talium

turbam profudit, qualia sunt πολλοὶ δὲ δάμεν Τρώων ὑπὸ χερσίν VIII. 344, ἐμῷ δ' ὑπὸ δουρὶ δαμέντι V. 653, Τηλεμάχου ὑπὸ χερσὶ καὶ ἔγχεϊ ἶφι δαμῆναι 18. 156, δέδμητο δὲ λαὸς ὑπ' αὐτῷ 3. 304, quae a sensibus profecta ad sensus revocantur tanquam in tabula picta posita. Ubi autem non tam rerum status adumbratur, quam convenientia, quam continuatio seriesque rerum, ut alia ex aliis nexa colligataque videantur, tum vero ὑπό cum genitivo ponitur, ut δαμεὶς ὑπ' Αἴαντος IV. 479, Τρῶες ὑπ' Ἀχαιῶν δαμέντες VI. 73, quod genus in novissimam quamque pertinebat memoriam, altero sensim evanescente, cum homines a natura avocati intestinis magis, quam externis et adventitiis pulsarentur visionibus, cum per dissimulationem, ut ita dicam, rerum spectaculo interessent. Unum fere aetatem ferebat ὑφ' ἑαυτῷ ποιεῖσθαι, quod ipsum per consequentiam potius dici suspicor. Ὑποκτείνειν maxime dubium est, cum ἀποκτείνειν et κατακτείνειν in usu vulgari habeantur. Nec fere quispiam quem interfecerit ita, ὥςε ὑφ' ἑαυτῷ αὐτὸν γενέσθαι. Ad hunc autem locum referendum Hom. 15. 81. ὑποζεύξω δέ τοι ἵππους, 6. 73 ἡμιόνους θ' ὕπαγον, ζεῦξαν θ' ὑπ' ἀπήνῃ, Apollon. Rhod. 3. 841 οὐρῆας ὑποζεύξασθαι ἀπήνῃ, Rufin. V. 22. 2. ταῦρον ὑποζεύξας, quamvis manifesta in his iugi significatio comprehendatur, ex qua consociandi notio exsistit, recentioribus scriptoribus usitatissima. Orph. Argon. 851. εἴ νύ κε παῦροι ἐόντες ὑποκλίνθητε φάλαγγι Ἡμετέρῃ cum eo comparandum est, quod saepissime apud Nonnum reperitur: γόνυ δοῦλον ὑποκλίνειν τινί 25. 2, 26. 176, 27. 208, cet. Sed talia cuivis trita esse debent.

§. 2.

Proxima sunt ea, quae subterfugiendi, vel potius recedendi sententiam habent. Hom. IV. 497 et XV. 574 ὑπὸ δὲ Τρῶες κεκάδοντο, Apollon. Rhod. 1. 1101 καί οἱ — Ζεὺς αὐτὸς Κρονίδης ὑποχάζεται, auctoritate nempe et verecundia commotus, quo intellectu ὑποχωρεῖν in pedestri oratione dispersum reperitur, apud Homerum 16. 42 ὑποείκειν. — Hom. XIII. 476 ὣς μένεν Ἰδομενεὺς —, οὐδ' ὑπεχώρει, XXII. 476 ὣς Ἕκτωρ, ἄσβεστον ἔχων μένος, οὐχ ὑπεχώρει, IV. 505 et XVI. 588 χώρησαν δ' ὑπό τε πρόμαχοι καὶ φαίδιμος Ἕκτωρ, quocum comparandum XVI. 592 τόσσον ἐχώρησαν Τρῶες, ὤσαντο δ' Ἀχαιοί, VI. 107 Ἀργεῖοι δ' ὑπεχώρησαν, λῆξαν δὲ φόνοιο, VIII. 122, 314, XV. 452 ὑπερώησαν δέ οἱ ἵπποι. His vero idem declarat ὑπείκειν, Homero ὑποείκειν dictum, ut

XVI. 305 νεῶν ὑπόεικον ἀνάγκῃ] οὐ νῶτα δείξαντες, ἀλλ' ὁρῶντες πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς ἐν τῷ ἀναποδίζειν.[1]) Ex qua notione concedendi exsistit sententia Hom. I. 294, IV. 62, XV. 211, XXIII. 602, 12. 117, quarum quae sit inter se relatio, facile perspicitur ex Hom. XX. 266 ἀνδράσι γε θνήτοισι δαμήμεναι, οὐδ' ὑποείκειν, 18. 374 εἴκοι δ' ὑπὸ βῶλος ἀρότρῳ, Orph. Argon. 709 βυθὸς δ' ὑποείκαθε νηΐ, Maneth. 3. 371 ὑπείκοντας νόῳ ἄλλοις, Apoll. Rhod. 2. 23 θεσμοῖς γὰρ ὑπείξομεν, 2. 590 ὅσσον δ' ἂν ὑπείκαθε νηῦς ἐρέτῃσιν, 2. 1266 αὐτὰρ ὁ πάντη καχλάζων ὑπόειχεν, (ῥόος,) 4. 339 δηϊοτῆτι Παυρότεροι πλεόνεσσιν ὑπείκαθον, Quint. Smyrn. 9. 190 βίῃ δ' ὑπόειξε σιδήρου, Tryphiod. 685 Ἡφαίστῳ δ' ὑπόειχεν. Et hoc quidem gradu transitus patet ad consurrectionis intellectum, de quo modo diximus, Hom. 16. 42 τῷ δ' ἕδρης ἐπιόντι πατὴρ ὑπόειξεν Ὀδυσσεύς, cui loco dubito an comparandum sit Nonn. Dionys. 36. 122 πρεσβυτέρῳ ὑπόειχε κυβερνητῆρι θαλάσσης, Apoll. Rhod. 4. 41 τῇ δὲ καὶ αὐτόματοι θυρέων ὑπόειξαν ὀχῆες. Cf. Callim. h. in Apoll. 6, Nonn. Dionys. 7. 316 et Wernick. ad Tryphiod. v. 339. Tres loci restant, ab interpretibus multimodis versati: Apoll. Rhod. 4. 408 οὐδ' ἂν ἐγὼ Κόλχοισιν ὑπείξω μὴ πολεμίζειν Ἀντιβίην, ὅτε μή με διὲξ εἰῶσι νέεσθαι, ib. 1676 ὥς ὅγε χάλκειός περ ἐὼν ὑπόειξε δαμῆναι Μηδείης βρίμῃ πολυφαρμάκου. Quibus locis equidem neque intelligere possum, neque cogitatione comprehendere, quomodo Papius desinendi significatum enucleaverit, sive Wellaueri, quae praestat, sive Brunckii, quem sequitur Beckius, comprobet scripturam. Tertius locus est Hom. XV. 227 ὄττι πάροιθε νεμησσηθεὶς ὑπόειξαν χεῖρας ἐμάς, quem Eustathio duce Duncanius malo modo vexat. Ex versu 208 ἀλλὰ τόδ' αἰνὸν ἄχος κραδίην καὶ θυμὸν ἱκάνει satis apparet, quid vox νεμεσσηθείς valeat, versu 223 οἴχεται εἰς ἅλα δῖαν, ἀλευάμενος χόλον αἰπὺν Ἡμέτερον omni dubitatione procul remota. Huic vero loco propinqui sunt: Hom. 15. 275 τῶν ὑπαλευάμενος θάνατον καὶ κῆρα μέλαιναν, Hes. op. 760 (ed. Goettling.) δεινὴν δὲ βροτῶν ὑπαλεύεο φήμην, ib. 557 ἀλλ' ὑπαλεύασθαι. Saepius autem reperitur ὑπαλύσκω, ut Hom. XI. 451, XII. 113, 327, — 4. 512, 5. 430, 8. 355, 19. 189, 23. 332, Batrachom. 90, Hes. scut. 304., Maneth. 2. 456, Apoll. Rhod. 2. 603, 3. 336, 4.

---

[1]) Tzetzes Posthom. 21 Πυθομένην μόρον Ἕκτορος ἂψ ἐθέλειν ὑποείκειν, loco omni poeseos colore despoliato de Penthesilea balbutiens, mera redeundi notione utitur hoc vocabulo.

1082, Quint. Smyrn. 14. 658, Iacobs. Anthol 1. 282, nr. 291, ex quo substantivum ὑπάλυξις factum est Hom. XXII. 270, 23 287, Orph. Argon. 687, Apoll. Rhod. 4. 1261. Ὑποφεύγειν (Hom. XXII. 200 οὔτ' ἄρ' ὁ τὸν δύναται ὑποφεύγειν, οὔθ' ὃ διώκειν. Cf. XXI. 57, 9. 17) pedestri oratione frequentius est, epicis vulgo ὑπεκφεύγειν scribentibus. Vid. §. 25, παρεκπροφεύγειν et ὑπεκπροφεύγειν §. 28, ὑποδύομαι §. 7, ὑπεξαλέασθαι, ὑπεξήλυξε §. 25, ἐξυπαλύξειν, ἐξυπάλυξις §. 20, ἀνθυπείκω, ἀνθυποχωρέω §. 19.

§. 3.

Tertium agmen eorum est, in quibus inest vis metuendi priori vicina admodum. Quibuscum utrum una delitescendi notio (ὑποπτήσσω) comprehendenda sit, an clam se subducendi,[2]) (ὑποτρέω,) quaestio est difficilis. Etsi posterior notio mihi magis placet. Hoc autem sine ulla dubitatione affirmaverim, subtimendi vim extenuatam, a Papio huc inculcatam, ab his esse defendendam, ut ex iis intelligetur exemplis, quae illico sum propositurus. Inde ab Homero profecta sunt ὑποδείδω, ὑποτρομέω, ὑποτρέμω, ὑποτρέω, ὑποταρβέω, et ὑποπτήσσω. Hom. I. 406 τὸν (Briareum) καί ὑπόδδεισαν μάκαρες θεοὶ, οὐδὲ τ' ἔδησαν, V. 521 οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ (Aiantes, Odysseus, Diomedes,) οὔτε βίας Τρώων ὑπεδείδισαν, οὔτε ἰωκάς, XII. 413 οἱ δὲ (Lycii) ἄνακτος ὑποδδείσαντες ὁμοκλήν, quod ipsum de equis XXIII. 417 et 446 effatur, ut XXIV. 265 de filiis Priami: πατρὸς ὑποδείσαντες ὁμοκλήν, (Quint. Smyrn. 9. 248 σεῖο περιτρομέοντες ὁμοκλήν,) quorum simile est 2. 66 θεῶν δ' ὑποδείσατε μῆνιν, hymn. in Mercur. 165 καὶ μητρὸς ὑπαιδείδοικεν ἐνιπάς, Philet. Coi frgm. 4 ἥ ῥ' οὐδ' ἀθανάτους ὑποδείδιεν. Sed istuc revertor: Hom. XVIII. 199 αἴ κε σ' (Achillea) ὑποδδείσαντες ἀπόσχωνται πολέμοιο, XXII. 282 ὄφρα σ' (Achillea) ὑποδδείσας μένεος ἀλκῆς τε λάθωμαι, (Hector,) 10. 296 ἡ (Circe) δέ σ' ὑποδδείσασα, 17. 564 μνηστήρων χαλεπῶν ὑποδείδι' ὅμιλον, Apoll. Rhod. 2. 821 ὃν ῥα καὶ αὐταὶ Νύμφαι ἑλειονόμοι ὑπεδείδισαν, (cf. 3. 318, 435 et 4. 394,) Antist. VI. 237. 7 φθόγγον ὑποδδείσαντα πελώριον. In his vero nulla inesse potest μείωσις, ut non una cum metu aut reverentia omnis poeseos nervus elidatur. Ὑποτρομέω tribus Iliadis locis reperitur, XXII. 241 τοῖον (!) γὰρ ὑποτρομέουσιν

---

[2]) Cf. Hom. 9. 377 ἔπεσσί τε πάντας ἑταίρους Θάρσυνον, μή τίς μοι ὑποδδείσας ἀναδίῃ, 16. 425 ὅτε δεῦρο πατὴρ τεὸς ἵκετο φεύγων Δῆμον ὑποδδείσας, aliosque locos, qui hic illic obvii facti fuerint.

ἅπαντες, XX. 28 καὶ δέ τέ μιν καὶ πρόσθεν ὑποτρομέεσκον ὁρῶντες, X. 95 τρομέει δ' ὑπὸ φαίδιμα γυῖα, Apoll. Rhod. 3. 884 ἀμφὶ δὲ θῆρες κνυζηθμῷ σαίνουσιν ὑποτρομέοντες ἰοῦσαν, de quo idem Apollonius 3. 396, 974 et 4. 410 voce ὑποσαίνειν (cf. περισαίνω) utitur, 4. 1340 αἱ δὲ βαρείῃ Φθογγῇ ὑποτρομέουσιν ἀν' οὔρεα τηλόθι βῆσσαι, quod de repercussu vocis dictum alio pertinet. Orph. Lith. 385 πάμπαν ὑποτρομέοντι ἔοικας, Quint. Smyrn. 5. 394 τοὶ δ' ὁρόωντες, Πάντες ὁμῶς ἑνὸς ἀνδρὸς ὑπετρομέεσκον ὁμοκλήν, 9. 113 ἄκοιτις ὑποτρομέουσα κυδοιμόν, Tzetz. Hom. 385 γυῖα ὑποτρομέοντα παλαίχρονα. Huic confine est ὑποτρέμω, (Hom. X. 390 ὑπὸ δ' ἔτρεμε γυῖα, 11. 527 τρέμον δ' ὑπὸ γυῖα ἑκάστου,) nisi potius adverbii loco praepositio posita videatur. Ὑποταρβέω, (Hom. XVII. 533 τοὺς ὑποταρβήσαντες ἐχώρησαν πάλιν αὖτις,) ut cetera, quae huius loci sunt, a Papio depravatur. Ὑποτρέω refugiendi sententiam habet manifestam, ut Hom. XVII. 587:

Ἕκτορ, τίς κέ σ' ἔτ' ἄλλος Ἀχαιῶν ταρβήσειεν;
οἷον δὴ Μενέλαον ὑπέτρεσας, ὃς τοπάρος περ
μαλθακὸς αἰχμητής·

ib. 275 νεκρὸν δὲ προλιπόντες ὑπέτρεσαν, XV. 636 ὁ (λέων) δέ τ' ἐν μέσσῃσιν ὀρούσας
βοῦν ἔδει, αἱ δέ τε πᾶσαι ὑπέτρεσαν· ὣς τότ' Ἀχαιοὶ
θεσπεσίως ἐφόβηθεν ὑφ' Ἕκτορι καὶ Διὶ πατρί,

VII. 217 ἀλλ' οὔπως ἔτι εἶχεν ὑποτρέσαι, οὐδ' ἀναδῦναι Ἂψ λαῶν ἐς ὅμιλον, Callim. hymn. in Del. 55 οὐδ' Ἥρην κοτέουσαν ὑπέτρεσας, (cf. 3. 51 αἱ νύμφαι δ' ἔδδεισαν, ὅπως ἴδον αἰνὰ πέλωρα,) Nicand. Theriac. 86 βροτέων σιάλων ὑποέτρεσαν ὀδμήν, Quint. Smyrn. 1. 278 τοὶ δ' ἄρα πάντες ὑπέτρεσαν ὄβριμον ἄνδρα, Tzetz. Hom. 175. Ἀργεῖοι δὲ Τρωσὶν ὑπέτρεσαν ἡττηθέντες, ib. 48 Πρίαμος, παιδὸς γενέθλην ὑποτρείων, Ἤλυθε χρησόμενος παρὰ βωμοῖς Ἠελίοιο. Unum restat sive ὑποπτήσσω, sive ὑποπτώσσω delitescendi notione inde ab Homeri aetate usque ad recentissima tempora pertinens. Hom. II. 312 passerculi πετάλοις ὑποπεπτηῶτες dicuntur, quae vox ab epicis posteris cum accusativo coniungebatur, ut Nonn. Dionys. 28. 288 βλοσυροῦ Κύκλωπος ὑποπτήσσοντες ὀπωπήν, 32. 138 λύσσαν ἀπειλητῆρος ὑποπτήσσουσα Λυαίου, 33. 14 Σαπύρους σκοπιάζεν ὑποπτήσσοντας ἐνυώ, Quint. Smyrn. 5. 368 ὑποπτώσσουσα περικλυτὸν Ὠρίωνα, Tryphiod. 626 Ἀτρείδης δ' ἑτέρωθεν ὑποπτήξαντα διώξας, cui addo Nonn. Dionys 36. 194 ὑποφρίσσων γένυν ἄρκτου. De quorum vi ac notione supra a nobis men-

tio facta est. Sed temperare mihi nequeo, quin aliis etiam propugnaculis praeverbium ὑπό communire audeam deminutione repulsa. In alto enim animi timor exsistit, quare praeclare Quint. Smyrn. 9. 238 τοῦ δ' ἄρα θυμὸς ὑπὸ φρεσὶν ὡρμαίνεσκεν Ἄλλοτε μὲν φεύγειν, ὁτὲ δ' ἀνέρος ἄντα μάχεσθαι. Metus autem absconditus et intestinus a subtimendi sententia procul est remotus. Huc adde, quod plerisque locis extimescentes omnibus potius artubus contremiscere dicuntur, quam placido periculi timore percelli. Per me licet ea quoque conferas, quae §. 12. de vocabulo ὑπότρομος dicturus sum. Cf. §. 7.

§. 4.

Atqui hinc pede certo ad ea progredimur, quae suffurandi surripiendive vim et potestatem habent, eodem in circulo versati. Ὑποκλέπτειν, in Homeri operibus desideratum, in Pindari carmine Nem. 9. 79 a Boeckhio restitutum, (cf. ὑπόκρυφα §. 17.) recentium epicorum in libris haud raro invenitur celandi potissimum significatione. Nonn. Metaphr. 6. 186 λαθριδίην ἀχάλινον ὑποκλέπτοντες ἰωήν, 7. 77 ὑποκλέπτοντι προσώπῳ, 9. 99. μῦθον ὑποκλέπτοντες ἐμυθήσαντο, 10. 25 ὅσοι πάρος ἦλθον ὑποκλέπτοντι πεδίλῳ, 16. 55 ἐφθέγγοντο μαθηταὶ Μῦθον ὑποκλέπτοντες ἔσω φρενός, (cf. Nonn. Dionys. 42. 215,) Mus. 85 ἕλκος ὑποκλέπτων, 161 αἰδοῖ ἐρυθριόωσαν ὑποκλέπτουσα παρείην, 182 οὐ δύνασαι σκοτόεσσαν ὑποκλέπτειν Ἀφροδίτην, 194 ῥοδέην ὑπὸ φάρεϊ κλέπτε παρειήν, 288 φιλότητος ὑποκλέπτοντες ἀνάγκην, quibuscum consociandum est Paul. Silent. V. 290. 1 ὄμμα πολυπτοίητον ὑποκλέπτουσα τεκούσης, ib. 221. 1 φλογόεσσαν ὑποκλέπτοντες ὀπωπήν, Agath. Schol. V. 267. 6 ἀμφαδίην δὲ Οὐ ζητῶ φιλίην, ἀλλ' ὑποκλεπτομένην, id. 269 ζῆλον ὑποκλέπτων τῆς γείτονος. Ad propriam autem vocis significationem propius accedit Agath. VII. 572. 2 λέκτρον ὑποκλέπτων ἀλλοτρίης ἀλόχου. Iam, ut haec omittam, Homerus 22. 382 eodem fere intellectu ὑποκλοπεῖν usurpavit: εἴ τις ἔτ' ἀνδρῶν Ζωὸς ὑποκλοπέοιτο ἀλύσκων Κῆρα μέλαιναν, aut, quod vel ipsum ἅπαξ est εἰρημένον, ὑποκρύπτω XV. 626 ἡ (ναῦς) δέ τε πᾶσα ἄχνῃ ὑπεκρύφθη. Multo autem, si numeramus exempla, cumulatior vocabuli ὑφαιρεῖν (cf. §. 7.) est positio, quod, ut ὑφαρπάζειν XVIII. 310, (Agath. Scholast. IX. 619. 2 τὴν πρὶν Ἀλεξάνδρου ψῆφον ὑφαρπαμένη,) ὑφέλκειν IV. 465, XIV. 477, ὑποφέρειν V. 885, pro quo saepius ὑπ-

ἐκφέρειν reperitur, (cf. §. 25,) perspicuam ad intelligendum habet praepositionis sententiam.

§. 5.

Ad horum verborum societatem applicantur ea vocabula, quae receptum declarant, quorum agmen ducit vox ὑποδέχεσθαι. Ab huius enim vocis vicissitudine transitus patet ad locos plerosque nobis adhuc tractandos. Plerumque apud Homerum recipere significat, ut ὁ δέ με πρόφρων ὑπέδεκτο IX. 480, 20. 372, 23. 314, Orph. Argon. 83 πρόφρων μ' ὑποδέχνυσο, Hom. 16. 70 ὑποδέξομαι οἴκῳ, quod Apollonius Argon. 3. 585 δέχθαι ἐνὶ μεγάροισιν ἐφέστιον dixit. Cf. Hes. theog. 419, 513, Dionys. Perieg 359, Apollon. Argon. 1. 210, 954, 2. 653, 3. 1014, 4. 235 et 1635, Oppian. Cyneg. 2. 402, 4. 260, Quint. Smyrn. 2. 438, Gregor. theol. VIII. 118. 5, 148. 1, 253. 1, cet. — Homerus ex hoc IX. 73 substantivum ὑποδεξίη confinxit. Et ex his quidem sequitur cum accipiendi (Nicand. Alexiph. 540 μούνη στέφος οὐχ ὑπέδεκτο Κάλλεος,) tum vero auribus accipiendi notio, Callim. 4. 231 οὔατα δ' αὐτῆς Ὀρθὰ μάλ', αἰὲν ἑτοῖμα θεῆς ὑποδέχθαι ὁμοκλήν, cui exemplo vox ὑπακούω vicina est, Hom. 14. 485 Ὀδυσσῆα προςηύδων ἐγγὺς ἐόντα — ὁ δ' ἄρ ἐμμαπέως ὑπάκουσεν, (cf. hymn. in Vener. 181,) 16. 10 ποδῶν δ' ὑπὸ δοῦπον ἀκούω, (ibid. 6 περί τε κτύπος ἦλθε ποδοῖϊν,) Apollon. Rhod. 3. 169 αὐτὸς Αἰσονίδης μετεφώνεεν· οἱ δ' ὑπάκουον Ἡρέμας — ἑδριόωντες. Quo nascitur obediendi notio Hom. 4. 283 ἀκούσαμεν ὡς ἐβόησας. Νῶϊ μὲν ἀμφοτέρω μενεήναμεν ὁρμηθέντε Ἢ ἐξελθέμεναι, ἢ ἔνδοθεν αἶψ' ὑπακοῦσαι. Quo loco, si recte interpretes exponunt, ἀποκριθῆναι significatur, ἀμείψασθαι ἐπέεσσιν ibid. 286, sicut 10. 83 ὅθι ποιμένα ποιμὴν Ἠπύει εἰςελάων, ὁ δέ τ' ἐξελάων ὑπακούει. Quod verum est, nisi obsequendi notionis obliti fuerimus, VIII. 4 quoque indagatae loco non satis certo. Reapse enim ὑπακούειν non potest significare responsionem, sed τοῖς λόγοις ὑπακούειν, quod apud Platonem reperitur, ideo potest, quod loquentium sermone eorumque adhortantium nonnunquam ad respondendum impulsi sollicitamur. Simpliciter igitur ista sententia non est accipienda, verum e loci ipsius sensu eruenda. Obsequii autem notione Apollonius Argon. 4. 1381 substantivo ὑπακουός utitur, a scholiasta voce ὑπηρέτης (τῶν Μουσῶν) explicato (ἐγὼ δ' ὑπακουὸς ἀείδω Πιερίδων,) in quo substantivo oxytonesis

parasynthesi defenditur. Arcad. pag. 90. 11. Cf. ἐπακουός Progr. Lycc. 1846. §. 8.

§. 6.

Ad ὑποδέχομαι revertor. Quae vox non tantum recipere significat, sed etiam in se recipere, petentibus recipere, polliceri, ut Hom. 2. 387 ὁ δέ οἱ πρόφρων ὑπέδεκτο, h. e. ὑπέσχετο, VII. 93 αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι, hymn. 4. 443, 460 ὑπέδεκτο δὲ τιμὰς δωσέμεν, Apoll. Rhod. 1. 360 Ἀπόλλωνος, ὅ μοι χρείων ὑπέδεκτο Σημανέειν δείξειντε πόρους ἁλός, 2. 894 Ἀγκαῖος — ὑπέδεκτο Νῆα θοὴν ἄξειν. Cf. 3. 425, 580. Uti autem recipiendi significatu apud Apollonium Argon. 4, 169, 473 scribitur ὑποΐσχομαι, 3. 120 ὑποϊσχάνω, ita pollicendi sententia inde ab Homeri profecta aetate pedestri oratione vulgaris mansit, apud Apollonium uno loco 4. 1704 reperta. Ex quibus substantiva nata sunt ὑπόσχεσις Hom. II. 286, 349, 10. 483, Callim. 58. 2, Apollon. Rhod. 3. 737, ὑποσχεσίη Hom. XIII. 369, Apollon. Rhod. 2. 948, 3. 510, 625, 4. 359, 456, Quint, Smyrn. 2. 149 et ὑποσχέσιον, quod vocabulum apud Tullium Lauream invenitur XII. 24. 6. Quae omnia praeverbio carere nequeunt.

Ab his autem transitus paratur ad ea, quae tolerandi, perferendi, sustentandi sunt notione praedita, quae notio ipsa a voce ὑποδέχεσθαι exorditur, Hom. 13. 310 ἀλλὰ σιωπῇ Πάσχειν ἄλγεα πολλά, βίας ὑποδέγμενος ἀνδρῶν, (cui loco simillimus est 16 189,) Hes. scut. 442 τόσσῃ ὁ μὲν ἰαχῇ, βρισάρματος οὔλιος Ἄρης Κέκληγὼς ἐπόρουσεν· ὁ δ' ἐμμαπέως ὑπέδεκτο, quibus addi iubeo Apollon. Rhod. 2. 24 αὐτὸς ἑκὼν ἤδη τοι ὑπίσχομαι ἀντιάασθαι, Agath .Sholast. V. 302. 6. Κουριδίαις δὲ γυναιξὶν ἀτερπέα Κύπριν ἐγείρειν Τίς κεν ὑποτλαίη; Hom. XXI. 273 οὔτις με θεῶν — ὑπέστη ἐκ ποταμοῖο σαῶσαι. Quamquam hoc vocabulum, pollicendi quoque notione cum prioribus consistens, a pleonasmi finibus longissime abest. Dicitur enim ἐκ μεταφορᾶς κίονος ὑποκάτω στάντος καὶ ἀνέχοντος τὰ ἐπικείμενα. Postremo ὑπομένω est commemorandum, Hom. V. 498, XVII. 25, quo adiecta negatione eorum verborum admonemur, quae §. 3 a nobis tractata sunt, XIV. 488, XVI. 814, XVII. 174. Quibus locis cum ad bellicam virtutem pertineat, in Odyssea haec vox meram habet remanendi sententiam 1. 410, 10. 232, 258, saepius ab Homero verbo ὑπολεί-

πεσθαι declaratam. His autem Oppian. Halieut. 2. 302 annectere licet: ὣς ὁ μὲν (πολύπους) ἐν πέτρῃσιν ὑφέζεται „subsidet in insidiis", et si quid ex eodem obvium fuerit genere.

§. 7.

Huicce exemplo confinia sunt ea, quae obreptandi vim ac potestatem habent, quorum in prima acie verbum ὑπολαμβάνω colloco, re idem sonare visum atque ὑφαιρεῖν. Etenim hoc ipsum non tantum subducere (Hom. II. 154, XIII. 611, XVI. 353. Cf. §. 4) significat, sed etiam occupare, obrepere, ut πάντας ὑπὸ χλωρὸν δέος ᾕρει 24. 450, πάντας ὑπὸ χλωρὸν δέος εἷλεν VIII. 77, 22. 42, τοὺς δ' ἄρ' ὑπὸ τρόμος εἷλεν V. 862. Ab his neque cogitatione, neque re separanda sunt III. 34, XIV. 506, 18. 88 ὑπὸ τρόμος ἔλλαβε γυῖα, 24. 49 ὑπὸ δὲ τρόμος ἔλλαβε πάντας Ἀχαιούς. Ὑποδύομαι, Hom. 6. 127 θάμνων ὑπεδύσατο δῖος Ὀδυσσεύς, Nonn. Metaphr. k. 43 et 45 κρυπτὸς ἀλυσκάζων ὑποδύεται se recipiendi notione usurpatum, (cf. §. 2,) plerumque autem subire significans XVIII. 145, 4. 435, 570, (Cf. VIII. 332, XIII. 421, XVII. 717. 5. 481, Apoll. Rhod. 2. 433, 4. 1378, Nonn. Metaphr. λ. 65, κ. 29,) hanc, de qua dicimus, sententiam habet, 10. 398 πᾶσιν δ' ἱμερόεις ὑπέδυ γόος, sicut VII. 215 et XX. 44 τρόμος αἰνὸς ὑπήλυθε γυῖα ἕκαστον, (cf. 5. 476, 12. 21, 18. 150,) et XI. 117 μὶν ὑπὸ τρόμος αἰνὸς ἱκάνει, aut, si placet tragicorum cantica comparare, τρόμος μ' ὑφέρπει Aesch. Choeph. 456. — Hom. VI. 17 πρόσθεν ὑπαντιάσας, Oppian. Cyneg. 4. 283. καὶ πυρίπαιδι Πᾶσαι ὑπηντίασαν Καδμηΐδες „occurrebant". Hom. VII. 144 πρὶν γὰρ Λυκόοργος ὑποφθὰς δουρὶ μέσον περόνησεν, 4. 546 ἤ κεν Ὀρέστης Κτεῖνεν ὑποφθάμενος, 15. 171 τὸν δ' Ἑλένη — ὑποφθαμένη φάτο μῦθον, Apollon. Rhod. 3. 1144 μὴ πρὶν φάος ἠελίοιο Δύῃ ὑποφθάμενον, 4. 307 τῷ καὶ ὑπέφθη τούς γε, quae vox apud Nonnum saepius reperitur.

Huic vero propinquum est Hom. 24. 286 ὅστις ὑπάρξῃ „quicunque initium fecerit", quocum ὑφηγεῖσθαι cognatum est, ex quo substantivum decompositum ὑφηγητήρ Manetho Apotelesm. 13, 198. ὑφαγεμών Meleager XII. 56. 8 confecit.

§. 8.

Iam ea sequuntur, in quibus ὑπό subtus significat, quae auspicor ab ὑποξύω. De Dionys. Perieg. 61 ἢ ὀρέων ἢ πέζαν ὑποξύουσα πολήων, 385

4

θῖνας ὑποξύουσα Λιβυρνίδας, (ἅλμη,) **Marian. Scholast. IX. 669. 10** πέζαν ὑποξύων (ποταμὸς) αὐτοφύτοιο νάπης, **Tryphiod, 43** καί νύ κεν ὑστατίοισιν ὑποκνήσασα πόνοισιν — μάτην ἵδρωσεν (!) Ἀθήνη **Papius cantilenam suam insusurrat, cum idem scite exponat Nicand. Alexipharm. 282** νέρθεν ὑποφλεγέθων, **Marian. Scholast. IX. 626. 2** αὐτὸς ὑποφλέξας λαμπάδι καλὸν ὕδωρ, **omni sane erroris facultate ademta. Maneth. 5. 191** φρυγομένων σαρκῶν ὑποτήκει πένθιμον ἄνδρα **Papius ut incertum, credo, prorsus omisit. — De Hom. V. 502** ὑπολευκαίνονται ἀχυρμιαί **vid. §. 16., de quo loco Scholiastes haecce:** καλως ἡ ὑπο· οὐ γαρ ἀθροα ἡ των ἀχυρων ἐπι την ἅλω φορα, κατ᾽ ὀλιγον δε ἑτεροιουται το χρωμα του ὑποδεχομενου αὐτα χωριου. **Quo mihi Duncanius veracior videtur. Hom. 7. 126** ἕτεραι δ᾽ (σταφυλαί) ὑποπερκάζουσιν, **Nicand. Theriac. 337** αἰὲν ὑποζοφόωσα μελαίνεται ἄκροθεν οὐρή **eodem modo explicari debent ex ipsa rerum natura, vulgarem praeverbii notionem minime respuente. Callim. 3 54** πᾶσι δ᾽ ὑπ ὀφρὺ Φάεα μουνόγληνα — Δεινὸν ὑπογλαύσσοντα **ab ipso Papio integrum relinquitur, cui adderem Mosch. 2. 86** ὄσσε δ᾽ ὑπογλαύσσεσκε δι᾽ ἵμερον ἀστράπτοντε, **nisi diversis esset hic locus scripturis inquinatus. Alii enim** ὑπόγλαυκ᾽ ἔσκε **scribi malunt, alii id, quod certo falsum est,** ὑπογλαύκισκε. **De** ὑπολάμπω **(Apollon. Rhod. 4. 1437** ὄσσε δέ οἱ βλοσυρῷ ὑπέλαμπε μετώπῳ **vid. §. 16. Apud Homerum** δαΐδων ὕπο λαμπομενάων **disiunctim est scribendum. De** ὑποπορφύρω **vid. §. 12, voc.** ὑπομαζοί. **Quae apud Nicandrum sunt Theriac. 178** τὸ δ᾽ ἔνερθεν ὑπαιφοινίσσεται ὄθμα Πολλὸν ὑπὸ σπείρης, **ibid. 720** τὰ δ᾽ ἔνερθε φάη ὑποφοινίσσονται, **satis dilucidam habent praepositionis sententiam.**

§. 9.

A coloribus oculis subiectis ad sonos transeo auribus accipiendos. Hom. 2. 95 ὑπὸ δ᾽ ἐστοναχίζετο γαῖα λαῶν ἱζόντων, ὅμαδος δ᾽ ἦν, **ibid. 781** γαῖα δ᾽ ὑπεστονάχιζε **satis tuta sunt praesidio versiculi 784:** ὣς ἄρα τῶν ὑπὸ ποσσὶ μέγα στεναχίζετο γαῖα Ἐρχομένων. **Cf. Hesiod. theog. 843. — Tryphiod 319** γαῖα δὲ — Δεινὸν ὑπεβρυχᾶτο· σιδήρειοι δὲ καὶ αὐτῶν Τριβόμενοι τρηχεῖαν ἀνέστενον ἄξονες ἠχήν, **Nonn. Dionys. 43. 316** ἄλλη ἀπὸ Τμώλοιο — Μαιονὶς — ὑπεβρυχᾶτο Μιμαλλών,[3]) **Quint. Smyrn. 6. 335** ὣς τῶν ἐσσυμένων μέγ᾽

---

[3]) De adiectivo ὑποβρύχιος inepte pro ἐριβρύχιος Hom. hymn. Merc. 116 scripto vid. §. 13.

ὑπέβραχε γαῖα πελώρη, (9. 129 ἔβραχε δὲ χθὼν Ἐς μόθον ἐσσυμένων,) 12. 97 ὑπεσμαράγησε δὲ πᾶσα Δαρδανίη, 176 ἀμφὶ δὲ πόντος Εὐρὺς ὑπεσμαράγησε, κελαινὴ δ᾽ ἔτρεμε γαῖα Ἀθανάτων ὑπὸ ποσσί, (2. 546 βράχε δέ οἱ ἄσπετα τεύχη, Γαῖα δ᾽ ὑπεσμαράγησε vulgo ἐπεσμαράγησε scribitur,) 3. 178 γαῖα δ᾽ ὑπεπλατάγησε, καὶ ἄσπετον ἔβραχε τεύχη. Iam Nicand. Alexiph. 287 (νηδὺς) καταπνίγουσα δὲ πνεῦμα Ἐντὸς ὑποβρομέει, 290 οἷος πετραίῃσιν ὑποβρέμεται σπιλάδεσσι eodem huc referendum videtur. Quae omnia mirifice ad rem ipsam illustrandam comparata videntur, cum praesertim conferas miserabilem lacrimantium Troianorum fletum Tzetz. Homer. 453 — 476 versibus misellis descriptum, quorum exemplum proponatur 467 ἠρέμα δάκρυσε καὶ Ζεύς, μῦρε δὲ γαῖα πελώρη.

Uti autem non tantum „sub terra" dicitur, sed etiam „sub nocte, sub luce", sic in istis exemplis una eorum significationem subesse arbitror, quae eodem tempore fiunt sonum excitantia. Oppian. Cyneg. 3. 125 τεῖχος ὑπ᾽ εὐρυπτέρυγον πρυλέες τρύζουσι νεοσσοί de loco dici perspicuum est, sed Nonn. Dionys. 17. 374 ἄλλους ἤσατο (Ἀρισταῖος) Φοιβάδι φωνῇ, φρικτὸν ὑποτρύζων πολυώνυμον ὕμνον ἀοιδῆς alteram sententiam palam prae se fert. In qualibus cum mussantium submissus susurrus notatur, altera vox additur vocem suppressam significans, ut Nonn. Dionys. 11. 219 λεπτὸν ὑποτρίζων, 25. 47 λεπτὸν ὑποτρύζοντα, qui locus uterque non satis constat. Cf. 12. 76, Hom. Batrach. 87. Simile id est, quod apud Anyten reperitur IX. 314. 4 ψυχρὸν δ᾽ ἀχραὲς κράνα ὑποϊάχει, quodque apud Homerum XVIII. 570 ἱμερόεν κιθάριζε· λίνον δ᾽ ὑπὸ καλὸν ἄειδεν Λεπταλέῃ φωνῇ, 21. 411. πειρήσατο νευρῆς· Ἡ δ᾽ ὑπὸ καλὸν ἄεισε, χελιδόνι εἰκέλη αὐδήν, cui loco proximus est Agath. Scholast. XI. 352. 5 ἡ λαιὴ νήτη πάλλεται αὐτομάτως λεπτὸν ὑποτρύζουσα. Ὑπαιάζειν Anthol. IX. 372. 3 parum tutum est a librariorum incursione, quorum multi ἐπαιάζοντα restitui malunt.

§. 10.

Ut autem aliquando perorem, pauca adtexam, quibus occulti notio subesse creditur. Cf. §. 3 et §. 4. — Hom. XVIII. 513 λόχῳ δ᾽ ὑπεθωρήσσοντο] κρύφα καὶ δολίως ὡπλίζοντο Scholiastae interpretationem ad vocabulum λόχῳ referre mihi quidem placet, ad praeverbium explicandum assurgendi notione assumpta. Cf. ὑπεναντίος §. 23, quaeque §. 28

congerentur a nobis. Magis aperta occultandi vis videtur in hisce: Hom. 22. 38 αὐτοῦ τε ζώοντος ὑπεμνάασθε γυναῖκα] ὑπούλως καὶ ψευδῶς καὶ οὐ κατὰ νόμον ἐμνηστεύεσθε, Agath. Scholast. V. 294. 15 ὑπεθρύφθην δὲ προςώπῳ. Quamquam nescio quis mihi vel de his scrupulus restat. Quam graviter enim et aspere proci ambierint Penelopen, satis sane notum est. — Mus. 106 νεύμασι λαθριδίοισιν ὑπαγγελέουσα Λεάνδρῳ ex versuum praecedentium comparatione patet praeverbium **subtus** significare, nec Nonn. Dionys. 33. 219 ἀεὶ δ' ὑπεμέμφετο γαίῃ, Παρθένον ὅττι κάλυψεν ἀπειρήτην ὑμεναίων ulla inesse potest sive lenitatis sive arcani significatio a Papio h. v. tentata. Cf. ὑπειπεῖν §. 11 v. ὑποφήτης.

Iam autem, ne operis modum excedamus, verba missa faciamus, cum praesertim in his literis quotidie paene crescentibus nihil adhuc nunc cummaxime possit absolvi.

Cap. II.

De substantivis praeverbio ΥΠΟ redundantibus.

§. 11.

Sequitur, ut de substantivis tractandum videatur. Eustath. 622. 25 ad Hom. VI, 19 ὅς ῥα τόθ' ἵππων ἔσκεν ὑφηνίοχος] ὅτι τὸν ἡνίοχον ὑφηνίοχον λέγει πλεοναζούσης καὶ ἐνταῦθα τῆς προθέσεως. ἴσως δὲ καὶ ταὐτὸν τὸ ὑφηνίοχος τῷ δεύτερος ἡνίοχος ὑποβεβηκώς, ὑφειμένος ὑπό τινι μεγάλῳ καὶ πρώτῳ ἡνιόχῳ ταττόμενος, τῷ παραιβάτῃ δηλαδή, ὃς αὐτὸς ἡνίοχος ἐλέγετο. (VIII. 89.) Pugnatores vero ipsi ἡνιοχῆες dicuntur V. 505, ut Duncanio quidem videtur, quorum ministri equorum haud deteriore fere erant dignitate, quod Cebriones, Enipeus Patroclusque ostendunt. Complures autem locos huc pertinentes facile sibi quisque lexicographorum subsidio ipse expiscabitur. Quodsi παραβάται ἡνίοχοι appellantur, nihil est, cur cum Suida et Hesychio (ὑφηνίοχος· ἡνίοχος) aut cum Phavorino (ὑφηνίοχος, πλεοναζούσης τῆς προθέσεως) praeverbium superesse credamus, cum praesertim Homerus ipse V. 580, (ἡνι-

οχον θεράποντα) et XIII. 386 (τὼ δὲ πνείοντε κατ᾽ ὤμων Αἶθ᾽ ἕξ᾽ ἡνίοχος θεράπων) satis demonstraverit, praepositionem quid in hoc vocabulo significare voluerit. Dicitur enim ὑφηνίοχος ὁ ὑπό τινι ἡνίοχος, ὁ ὑφ᾽ ᾧ τινι δήποτ᾽ οὖν ἡνιοχεύων, praecipue ὁ ὑπὸ τῷ παραβάτῃ. Lob. Paral. p. 383. Apud Xenophontem, qui tribus fere locis hac voce utitur in Cyropaedia, (VI. 4. 4 et 10, VII. 1. 15.) Abradatae regis administer ita vocatur, qui iunctos equos retinet, domino in currum escendenti habenas tradit, valvas curriculi concludit, reverso habenas demit. In quo rex ipse cum aurigae munere fungatur, praeverbii vis minus profecto latet. Quae eadem reperitur in vocibus ὑποδιάκονος, ὑπογραμματεύς, ὑποδιδάσκαλος, ὑπογυμνασιάρχης, ὑπεφήβαρχος, ὕπαρχος, quorum pleraeque rarae admodum sunt. Verbum autem ὑφηνιοχέω ne apud Lucianum quidem Enhypn. 23 (ἐπεὶ δὲ ἀνῆλθον, ἡ μὲν ἤλαυνε καὶ ὑφηνιόχει) mihi abundare praeverbio videtur, cum mulier manifesto ministerio quamvis voluntaria fungatur. Quare ad istuc Homericum apte potest referri. Ad extremum Meleager est excitandus, qui epigr. Erot. V. 140. 2 (Ἔρως καλὸς ἐφ᾽ ἡνιόχῳ) Graefio videtur ὑφηνιοχῶν scripsisse, Iacobsio sive ὑφ᾽ ἡνιόχῳ, sive ὑφηνιόχῳ.

Ut autem ad Homerum revertamur, ad istum locum Aristonicus haecce: ἡ διπλῆ, ὅτι παρέλκει ἡ πρόθεσις, ὡς ἐν τῷ Ποσειδάωνος ὑποδμώς, sicut appellatur Proteus 4. 386, unde Dionys. Thrax p. 925, 17 hanc vocem sumsit, et Scholiastes: παρέλκει ἡ ὑπό· διαφυλάττει δὲ τὴν ὀξεῖαν. Cf. Lehrs. Arist. p. 115. Hoc est enim vetus grammaticorum praeceptum Choerob. p. 1191: πᾶν ὄνομα μονοσύλλαβον ἐν τῇ συνθέσει ἀναβιβάζει τὸν τόνον, οἷον χθών, αὐτόχθων, cet. Vide Etym. M. v. Ἡρακλῆς, v. Οὐδείς, Etym. Gud. v. Καρίς. Praeverbii autem abundanter appositi vis tanta esse non potest, ut accentus vocabuli retrahatur, ut est apud Scholiasten Hom. V. 173: ὅταν παρέλκῃ ἡ πρόθεσις, οὐ ποιεῖ ἐξαλλαγὴν τοῦ τόνου. De qua re quoniam satis a nobis est disputatum ea commentatione, quam anno MDCCCXLVI de pleonasmo praepositionum conscripsimus, hoc loco satis habeamus monuisse, ne quis temere de abundantia praeverbii sibi persuadeat, tonoseos ratione inductus. Confine est enim eius generis, quod modo tractabamus, fierique potest, ut vocabulum δμώς, adiectivorum notioni cum sit propinquum, substantivorum normam non sequatur. Namque a δαμάω

vocis originem repetendam esse dubitari non potest, idque, quocum Etymologus v. Ἡρακλῆς 435. 36 hanc vocem componi posse negat, πτώξ mihi quidem haud ita admodum diversum videtur, a πτώσσω cum sit prognatum. Quod cum proprie leporis fuerit epitheton, (Hom. XXII. 310 πτῶκα λαγωόν,) mox lepus ipse sic appellari coeptus est, quivisque fugitivus. Similiter δμώς, ὁ δμηθείς, in substantivorum provinciam demigravit, eodemque iure acuitur ὑποδμώς, quo πολυπτώξ, ut ne de parasynthesi cogitemus, quam quispiam fuerit tentare conatus. Quae igitur praeverbii vis sit in hac voce, ex iis patere arbitror, quae de vocabulo ὑφηνίοχος diximus. Tzetzes autem, qui Antehom. 399 Palamedem laudans haec effundit: Μακρόψις, ῥαδινὸς, σοφίης ἴδ᾽ Ἄρηος ὑποδμώς, quid praepositione significare voluerit, vix curandum puto. Namque aut Homerum inscite imitatum, aut metri caussa eum ita scripsisse arbitror, versificatorem artis itidem, ac saporis expertem. Ὑπόδουλος Papio nescio qua de caussa[4]) videtur servum inferiorem notare ex comparatione aliorum servorum, parique modo, si placet, Herod. 6, 134 et 135 Timo ἡ ὑποζάκορος τῶν χθονίων θεῶν (Cereris et Proserpinae) apellatur. Quamquam hoc ad liquidum explorari vix potest tum propter vocis raritatem, tum propter grammaticorum diversa iudicia. Quorum alii ζα — ἐπιτατικόν habent, alii, ut Etymologus p. 407 pro δια — scriptum perhibent. Quin secundum Buttmanni explicationem Lexil. 1. p. 220 ὑποζάκορος vix fuerit a vocabulo ὑποδιάκονος segregandum, quod apud Posidippum reperitur (ap. Athen. IX. 376. f.) eosque, qui post eum scripsere libros. Quod autem apud Thom. Magistrum est: σεμνότερόν τι ἦν νεωκόρου, nisi, ut Hermanno placet Antiq. Graec. II. p. 174. 7, de vocis ipsius forma est scriptum, tale est, ut de praeverbii significatu possit dubitationem iniicere. Ea erunt enim mea quidem opinione ad relationis notionem propensiora, quibus genitivo casu dominantium nomen fuerit oppositum, ex quo genere sunt Ποσειδάωνος ὑποδμώς, ὑποζάκορος τῶν χθονίων θεῶν. A φάτης, quae vox

---

[4]) Locis mihi notis adiectivum est: ὑποτάσσειν τινι ὑποχείρια καὶ ὑπόδουλα τὰ πάντα, τὸ δεύτερον ὑπόδουλον γενέσθαι τῷ πρώτῳ, σὲ ὑπόδουλον τοῖς τέκνοις σου ποιήσω, ὑπόδουλον θεὶς τοῖς πάθεσιν Cf. Suid. h. v.

est apud Hesychium, neque ὑποφήτης Hom. XVI. 235, ὑποφῆτις Hyperid. ap. Athen. XIII. 59 (τὴν ὑποφῆτιν καὶ ζάκορον,) ὑποφήτωρ (Socrat. Problem. arithm. XIV. 1. Πιερίδων ὑποφήτορας, Maneth. 2. 295 ἀνιῶν ὑπ., 2. 332 κιθάρης ὑπ., 3. 327 μύθων ἐσθλῶν ὑπ.) neque Romanorum potest vates derivari propter macroparalexin. Φήτης autem Etymologus 691. 46 ex perfecto πέφηται supposuit, ut compositi ortum patefaceret. A parasynthetorum autem coetu ideo dubito, an ista sint segreganda, quod ὑπόφημι non exstat. Quanquam ὑπειπεῖν, per tragicorum opera sparsum, apud Platonem (Prot. 343. c. οὑτωσί πως ὑπείποντα τὸ τοῦ Πιττάκου) simile quid significat. Sunt enim ὑποφῆται οἱ ὑποφητεύοντες τῷ προφητεύοντι Διΐ, nec clandestinae susurrationis subesse videtur intellectus, qui in Pindarico est διαβολιᾶν ὑποφαύτιες, quod Boeckhius Pyth. 2. 140 restituit pro ὑποφάτιες. Quae autem clam arcana eloquentes significent, multa sunt a peculiari praeverbii notione haud procul recedentia, velut ὑπαγγέλλω[5]) ὑποφθέγγομαι, ὑπαινίσσομαι, ὑπογογγύζω. Propius ad Homericum locum istuc accedit, quod Antipater Sidonius VI. 46 habet de tuba:

τὰν πρὶν Ἐνυαλίοιο καὶ Εἰράνας ὑποφᾶτιν,

quove Gregorius theologus VIII. 12. 3 patrem compellat suum τριάδος ὑποφήτην. Certe haud longe distant haec vocabula a προφήτης et προφῆτις, quorum priore Etymologus vocem ὑποφήτης explicat. Ὑποδρηστήρ Hom. 15. 330, (οὗτοι τοιοίδ᾽ εἰσὶν ὑποδρηστῆρες ἐκείνων sc. μνηστήρων,) Nonn. Dionys. 35. 180, (δέρκεο σοὺς θεράποντας, ὑποδρηστῆρας Ἐρώτων,) 44. 135, (δαινυμένου Πενθῆος ὑποδρηστῆρα τραπέζης,) Paraphr. T. 116, (ὑποδρηστῆρες ὀλέθρου,) Tryph. 204 Ἀτρείδης δ᾽ ἐκέλευσεν ὑποδρηστῆρας Ἀχαιούς Λῦσαι λάϊνον ἕρκος, Coluth. 152 (ὠκύμοροι θνήσκουσιν ὑποδρηστῆρες Ἐνυοῦς) a δρηστήρ Hom. 16. 248, 18. 75, Nonn. Dionys. 10. 259, 27. 117, Paraphr. T. 27, Σ. 171, O. 25, 2. 15, cuius femininum δρήστειραι Hom. 10. 349, 19. 345, Apoll. Rhod. 3. 700 reperitur, notione vix videtur diversum esse apteque Nonn. Dionys. 27. 33 repositum (δαινυμένου Μόῤῥηος ὑποδρηστῆρα τραπέζης) pro eo, quod antea hoc loco scribebatur, ὑποδμητῆρα, aut, ut in primis est editionibus inepto accentu, ὑποδμήτηρα. Hoc enim aut omnino non invenitur, aut est in le-

[5]) Ὑπάγγελος Aesch. Choeph. 825, loco ipso (ἥκω μὲν οὐκ ἄκλητος, ἀλλ᾽ ὑπάγγελος) satis explicatum, adiectivum est, cui nulla cum verbo iutercedit consortio.

xicis praetermissum, cum altera vox usque ad recentissimam quamque pertineat memoriam. Cuius vocis quae sit origo, facile apparet ex Apoll. Rhod. 3. 274 ὑποδρήσσων βασιλῆϊ et, si placet, ex Hom. 15. 333, (οἵ σφιν ὑποδρώωσι.) Recte autem a Scholiastarum gente eam explicari nominibus διάκονος, θεράπων, ὑπηρέτης, vel ex eo potest perspici, quod versui ex Coluthi opusculo arcessito hicce praemittitur:

οὐκ ἀεὶ θεράποντες ἀριστεύουσιν Ἀθήνης.

Iam ὑπηρέτης crebro usu inveteratum, quoniam huius vocis mentio illata est, parasyntheton vix potest haberi, tum quia ὑπερέσσειν non exstat, tum quod talia composita, quale est αὐτερέτης apud Addaeum Mitylenaeum VII. 305. 4, satis documento sunt, quam haec sint ad compositionem proclivia. A remigum autem notione illud vocabulum in quorumvis fere adparitorum significationem abiit, tragicorum eorumque, qui pedestri oratione scripsere, in libris, quam epicorum, frequentius. Nec ὑπουργός, Maneth. Apotelesm. 4. 259, quod Luc. Alex. 5. cum hoc componitur, epicis vulgo ὑποεργός dictum, a verbo ὑπουργεῖν natum credi debet. Etsi huius vocabuli simplex nullum exstat, neque ulla esse potest in hoc abundantiae suspicio.

§. 12.

His ea subiungo, quae scriptura sunt vacillante prognata. Ab Homero 14. 533 (Βορέω ὑπ' ἰωγῇ) vocabulum ὑπιωγή est profectum, quod vanum esse prior versiculi pars satis testatur. (πέτρῃ ὕπο γλαφυρῇ εὗδον.) Quodsi recte vocem ἰωγή interpretantur: ἔνθα ὁ ἄνεμος ἰὼν ἄγνυται καὶ οὐ διεισιν ἐνδοτέρω, (cf. 5. 443 ἐπὶ σκέπας ἦν ἀνέμοιο,) frustra Etymologus 481. 22 desudabat in voce ὑπιωγαί explicanda. Namque neque ὑπαγωγαί, quoniam ei ita quadrat, aptum videtur ad interpretandum, quod aptius cum ὑποβιβασμός, ὑποχώρησις, ὑπέξοδος, ὑποκάθαρσις ceterisque alvi deiectionem significantibus vocabulis quis, honorem praefatus, comparaverit, ventorum moderamento contrariis, neque in universum, praeverbium quid in voce ὑπιωγή significare velint, satis potest perspici. Praeclare quidem Oppianus Halieut. 4. 653:

εἰλεῦσι νεπόδων δειλὰς στίχας εἰς ἕνα χῶρον
κοιλοφυῆ, κευθμῶσιν ὑπαγνύμενον θαμέεσσιν,

cum subtus mare litora mordeat, sed Βορέω ὑπιωγή quae dici debeat, nescire me libere confiteor. Tamen hoc vocabulum Hom. 5. 404 pro eo, quod apertam habet praeverbii notionem, ἐπιωγαί scribi coeptum, (qui locus Etymologi oculos perstrinxit,) apud Oppianum quoque reperto Halieut. 2. 550. (λιμένες τε καί ἠϊόνων ἐπιωγαί.) Accentus autem, ut iam diximus, abundantiae signum habendum non est, sequiturque eam rationem, quam Arcadius 105. 4 de vocabulis in -γή exeuntibus hyperbisyllabis proposuit. Quare κυματωγή, (ἀκτὴ, ἔνθα τὰ κύματα ἄγονται Eustath. — ἄγνυνται? Duncan.,) quae vox tribus apud Herodotum locis invenitur, nec non apud Lucianum, tutum est ab omni invidia, neque opus est paroxytonesi.

Alterum est ὑπέμβρυον tmesi natum adeo patescente, ut Stephano Hesychii testimonio vix opus fuisse videatur, quem ὑπ' ἔμβρυον ἧκεν ἑκάστῃ Hom. 9. 245, 309, 342 scripsisse, ex ipsa eius intelligitur interpretatione: νεογνὸν βρέφος ὑπέβαλεν. Sed Etymologus verendum, ne vulgari sit errore correptus, qui 334. 13 haec: καὶ ὑπέμβρυον, τὸ ὑπὸ τῇ θηλαζούσῃ νεογνόν. Bene autem Schol. ad 9. 245 ὑπέθηκεν ἔμβρυον· Ὅμηρος γὰρ ὑπέναντι τῆς συνηθείας βρέφος μὲν λέγει τὸ κατὰ γαστρὸς, ἔμβρυον δὲ τὸ νεογνὸν ἢ τὸ τέκνον. Al.: ἔμβρυον ἡμεῖς μὲν τὸ ἐν γαστρί, ὁ δὲ Ὅμηρος τὸ γεγεννημένον. Hoc autem omisso ἔμβρυον est τὸ ἐντὸς τῆς γαστρὸς βρύον, sicut ait Eustathius, quocum ex rerum natura vix pugnare videtur βρύον algam significans. Ὑπεμβρυοῦν autem, quod verbum Sophocles frgm. 709 confecit, alio pertinet, omnesque habet significationis peculiaris numeros.

Tertium est apud Homerum exemplum ὑποπυθμήν furto conceptum ex XI. 635 δύο δ' ὑπὸ πυθμένες ἦσαν, quod Eustathius 869. 8 ὑποπύθμην saltem scribendum arbitratur ad eorum similitudinem, quae Herodianus lex. 9. p. 1138 componit, propter synthesin. Quo omnis pleonasmi suspicio eluitur, quemadmodum adiectivum Leonid. VI. 300 6 σπονδὴν τὴνδ' ὑποπυθμίδιον motionis defectu ab omni grammaticorum invidia vindicatur. Huic vicinum est ὑπόκυκλον ex Hom. XVIII. 375 natum: χρύσεα δὲ σφ' ὑπὸ κύκλα ἑκάστῳ πυθμένι θῆκε] τινὲς ὑφ' ἕν, ὡς ὑποπόδια, quod diversum est. Atqui in his omnibus tmesis est tam manifesta, ut dubitatio nulla esse possit. „Cuivis ovi foetum posuit,“ „duo erant pedes,“ „pedi rotam posuit“ sana haberi non possunt, ac profecto

Lamberti Bosii suspicionem moverint. Neque Hom. 23. 204 ταμὼν ὕπο πυθμέν' ἐλαίης cuiquam erat suspectum, et Tryphiodori loci duo in promptu sunt, quibus Hephaesti artificium tueamur, v. 100 κύκλον ἐϋκνήμιδα ποδῶν ὑπέθηκε ἑκάστῳ, et 307: εἶλκον ὑπὲρ πεδίοιο θοῶν ἐπιβήτορα κύκλων Ἵππον. Et in simili quidem caussa περίκυκλος versari videtur apud Tryphiodorum: ταὰ μεγάλαυχον, ἐπὴν περίκυκλον ἐγείρῃ et Plut. amat. 10 περικύκλῳ δραμόντες. Quae dirimenda esse, ex iis apparebit, quae alio tempore, si fata siverint, de ἀμφίπερι — sumus dicturi. De adiectivis non pugno, quae et ab Homero (4. 131 τάλαρον θ' ὑπόκυκλον ὄπασσεν) et a recentioribus poetis (Nonn. Dionys. 25. 145 στέφανον περίκυκλον ἐςαθρήσεις Ἀριάδνης) usurpantur, quae tantum abest, ut abundare credantur, ut sine praeverbii adminiculo ne esse quidem possint.

In his autem, ut ita dicam, sterquiliniis imprimis Stephanus Herculis est munere functus, qui ὑπαρωγή, ὑφίμερον, ὑπόχαρμα, ὑπότρομος, alia vocabula iure ut futilia eiecit. Verbum ὑπαρήγω ipsum, ut subiuvo, inauditum est, nec substantiva ἵμερος, τρόμος, χάρμα ab universali ratione discedere possunt praeverbio suffixo, quemadmodum nemo adhuc est conatus ὑπέρως dicere, quod in edit. prim. Nonn. Dionys. 34. 86 scribebatur. Namque amor sive clam, sive palam exardescat, idem manet amor, nec, si in pedibus exsisteret, posset subamor dici, nec ira superira, quod in nasum bilis conciatur. Nec μείωσις huc inculcari potest; quotcunque enim partes amoris dempseris, ea pars, quae supererit, amor erit vocanda, velut temporis particula tempus dicitur, neque aut subtempus aut tempusculum. Nam id, quod apud Terentium est et Ciceronem, quos Apuleius est imitatus, diecula a vulgari recessit consuetudine, et ἡμερίδιον interpretandi potius caussa confictum in gloss., quam in quotidianum sermonem receptum. Sed ista vocabula malo errore ex talibus locis sunt profecta, quales sunt Hom. XXIII. 108: τοῖσι δὲ πᾶσιν ὑφ' ἵμερον ὦρσε γόοιο, V. 862. τοὺς δ' ἄρ' ὑπὸ τρόμος εἷλεν, XI. 117. αὐτὴν γάρ μιν ὑπὸ τρόμος αἰνὸς ἱκάνει, 18. 88 τῷ δ' ἔτι μᾶλλον ὑπὸ τρόμος ἔλλαβε γυῖα, Tryph. 311 κενεῷ δ' ὑπὸ χάρματι πολλοὶ Πολλάκις ἀγνώσσουσι, Callim. in Apoll. 49 ἠϊθέου ὑπ' ἔρωτι κεκαυμένος Ἀδμήτοιο, cum frequenti agmine eorum explodantur locorum, quibus alia voce praeverbium a substantivo est direm-

tum, ut Hom. III. 34 ὑπό τε τρόμος ἔλλαβε γυῖα, aut etiam, quibus cum verbo est compositum, ut Hom. VII. 215 Τρῶας δὲ τρόμος αἰνὸς ὑπήλυθε γυῖα ἕκαστον. Alia autem ad eum locum pertinent, de quo satis luculenter Abreschius ad Aeschyl. III. p. 54 exposuit. Simili in caussa id versatur, quod apud Apollonium quondam scribebatur, ὑπεννεσίῃσι (1. 7. τοῦδ' ἀνέρος . . . ὑπ' ἐννεσίῃσι δαμῆναι. Cf. ep. adesp. I. 119. 25 κεῖθεν δὲ ψυχὰς — οὐρανὸν εἴσω Ἤγαγεν — ὑπ' ἐννεσίῃσι τοκῆος, IX. 788. 2. ἔχει φάος . . . αἰὼν Σῆσιν ὑπ' ἐννεσίῃς, Quint. Smyrn. 3. 475 καί μευ νηπιέῃσιν ὑπ' ἐννεσίῃσιν δίηνας Στήθεα τ' ἠδὲ χιτῶνας.) Sed ne litus arare videamur, ad postremum duo apponamus exempla, in quibus haesitare vix quisquam possit: Bion. 1. 26. οἱ δ' ὑπαμαζοὶ χιόνεοι τὸ πάροιθεν Ἀδώνιδι πορφύροντο, quem locum vix δαΐδων ὕπο λαμπομενάων inspectum turpissime vexat Papius, idque, quod apud Gregorium Nazianzenum reperitur οἷς ὑποκόρσῃ γυμνοῦται. Quae vocabula, si quid video, inepta scriptura prognata sunt, neque ulla cum ὑπαύχενον, ὑπογάστριον, ὑποκοίλιον, ὑπήτριον, ὑποδερίς, ὑποθέναρ consuetudine coniuncta.

Cap. III.

De adiectivis, in quibus ὙΠΟ praepositio superesse putetur.

§. 13.

Ad adiectiva transeamus. In quibus motio cum frequens scrupulum animo iniiceret, non erat tamen eiusmodi, ut aliarum vocum abundantia expertium analogia defendi nequiret. Primum est ὑποχθονίη, quod, ab Etymologo 406. 51, v. Ζάγκλον ex Callimachi libris citatum, (κέκρυπται γυνὴ ζάγκλον ὑποχθονίη, frgm. p. 158 fin.) reperitur Quint. Smyrn. 3. 64 ὑποχθονίῃ στροφάλιγγι. Quae vox ab Hesiodo profecta, per recentiorum poetarum scriptorumque opera sparsa, ab omni abundantiae invidia motione conflata iis defenditur, quae Progr. Lycc. 1846. §. 18 a nobis sunt disputata. Eurip. Androm. 516 ἴθ' ὑποχθόνιοι, Apoll. Rhod.

1. 647 ἄλλοθ' ὑποχθονίους ἐναρίθμιος, ἄλλοτ' ἐς αὐγάς, si placeat cum eo comparare, quod Luciano dicitur ὑποχθόνιον γίγνεσθαι, quodve apud Hesiodum theog. 304 ἡ δ' ἔρυτ' εἰν Ἀρίμοισιν ὑπὸ χθόνα λυγρὴ Ἔχιδνα, vix cum Spohnio Hes. op. 140:

αὐτὰρ ἐπεὶ καὶ τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψε,
τοὶ μὲν ὑποχθόνιοι μάκαρες θνητοὶ καλέονται δεύτεροι

ἐπιχθόνιοι fueris conatus restituere ex ed. Vaticana arcessitum. Ut enim dii Titanique χθόνιοι appellentur, (Hes. theog 767 θεοῦ χθονίου, 697 Τιτῆνας χθονίους, Pind. Pyth. 4. 283 μᾶνιν χθονίων,) genii sane subterranei scite ὑποχθόνιοι vocantur. Is est enim ὑποχθόνιος, ὃν γαῖα κάλυψε, qui idem et ὑπόχθων et ὑπόγειος (ὑπόγεως Herodian. epim. 208) et ὑπόγαιος dicitur recentioribus, quae itidem a vocis καταχθόνιος significatione haud longo spatio seiuncta sunt. Re enim ipsa concinunt, verborum leviusculo momento discrepant. Atqui καταχθόνιος eum mea quidem sententia significat, qui subtus est in terra, (unterirdisch,) ὑποχθόνιος autem eum, qui terra obrutus est, qui subter terrae superficiem est locatus.[6]) Χθόνιος autem medium est inter hoc utrumque et ἐπιχθόνιος et ἐγχθόνιος (Nonn. Paraphr. O. 72) interiectum, tum subterraneum significans, tum vero terrestrem, sicut de Christo canit vates Anth. I. 119. 18 ἤγαγεν ἐς φάος αὖθις ἀπὸ χθονίοιο βερέθρου, et I. 23. 2. αἰθερίων μεδέων, εἰναλίων, χθονίων. Similiter se habet ὑπουδαίη Opp. Halieut. 3. 486, (μίνθην εὐωδία, τήν ποτε κούρην Φασὶν ὑπουδαίην ἔμεναι, Κωκυτίδα Νύμφην,) Hom. hymn. in Merc. 112, (κατουδαίῳ ἐνὶ βόθρῳ,) Callim. hymn. in Del. 142, (κατουδαίοιο γέροντος — Βριαρῆος,) cuius simplex item, ac χθόνιος, fluctuat, tum terrestrem significans, tum subterraneum, quemadmodum Κρονίδης οὐδαῖος. Iam magis, ut altius perspiciamus, id in caussa nostra versari videtur, quod Scholiastarum ostracismo pleonasmi coarguitur, Hom. XIV. 279 Ὑποταρτάριοι, οἳ Τιτῆνες καλέονται, Hes. theog. 851 Τιτῆνές θ' ὑποταρτάριοι Κρόνον ἀμφὶς ἐόντες} τοὺς ἐν τῷ Ταρτάρῳ ὄντας· οὐδὲν γάρ ἐστιν ὑπὸ Τάρταρον. Significantur autem

---

[6]) Ap. Maneth. κέντρον ὑποχθόνιον 3. 53, 126, 6. 156, ὑπόγειον 3. 119, 222, 6. 176, 377, cet. κέντρῳ μεσουρανίῳ et δυτικῷ opponitur eodemque significatu ἀστέρες ὑποχθόνιοι φορέεσθαι dicuntur, quia astrologi totam terram considerant sideribus oppositam.

profecto οἱ κάτω Ταρτάριοι. Etsi ne hoc quidem do, poetam ea lege obstrictum esse, ut velit nolit in omnibus vulgi opiniones mordicus retinere debeat. Nec quemquam fugere arbitror, quam saepe a se ipso Homerus in Olympi sedibus describendis discedat. Ὑπουράνιος, quod Tertullianus c. Valent. subcoelestis est interpretatus, ab οὐράνιος, coelestis aliquanto distare putatur. Attamen, sive coelum istuc, sive Olympus, sive quicunque est appellandus, notio tam longe lateque patet, ut finibus certis circumscribi nequeat. Quo fit, ut ὑπουράνια saepissime οὐράνια vocentur, quemadmodum Luna aut etiam Lunus dicitur coelestis, Tiberii opera a Velleio dicuntur coelestissima, et si quid ex eodem est genere. Itaque ὑπουράνιος prope est ab οὐράνιος, quibus locis apud Homerum reperitur. Κλέος enim ὑπουράνιον X. 212, 10 264 tantum non est οὐράνιον, (cf. Nonn. Paraphr. 2. 107 τιμὴ οὐρανίη,) πετεηνὰ autem ὑπουράνια, quae proxime coelum videntur volitare. Commovet enim me, ut hanc potissimum vim ac notionem subesse credam, tum vox οὐράνιος significans epitasin in tragicorum comicorumque libris, tum vero id, quod crebro ab Homero dicitur: κλέος οὐρανὸν εὐρὺν ἵκανεν. Sicut vero motio vocabuli ὑπουράνιος ab Arato tentata pleonasmi testimonium haberi non debet, (Progr. Lycc. 1846. p. 20,) ita neque ὑποβρυχίην Hom. hymn. in Diosc. 12., Apoll. Rhod. 4. 1757, Coluth. 360 pleonasmo suffragatur. Quae vox, siquidem a βρύξ (Opp. Halieut. 2. 588.) descendit, ab abundantiae finibus defendenda est, quamvis simplex non ita admodum diversa sit significatione. Vid. d. h. v. et de ὑπόβρυχα, qui accusativus metaplasmo confectus videtur, Abresch. in Aesch. I. 10. p. 67. Hom. hymn. in Merc. 116 ἐριβρύχους ἕλικας βοῦς scribi oportet pro ὑποβρυχίους. Ad eos autem locos, qui in lexicis citantur, hosce addo: Apoll. Rhod. 2. 1215 κεῖται ὑποβρύχιος Σερβωνίδος ὕδασι λίμνης, Nonn. Dionys. 26. 26 ὃν ἐς ἁλὸς οἶδμα διώκων Θνητὸς ἀνὴρ ποίησεν ὑποβρύχιον μετανάστην, 34. 51 ὑποβρυχίοιο δὲ κόλπου Νηρεΐδας θώρηξε, Quint. Smyrn. 14. 650 καὶ ἄϊστον ὑποβρύχιόν τε καλύφθη Ἕρκος ἀπειρέσιον. Christod. Ecphr. II. 185 πένθος ὑποβρύχιον, Iac. Anthol. I. 457. 6 ὡς ναῦς ὑποβρύχιος, Fort. ὁλκὰς ὑποβρυχὶ ὥς. Atqui his modo enumeratis pauca subiungo Progr. Lycc. 1846 §. 18 tractata: Hom. IX. 640 ὑπωρόφιοι δέ τοί εἰμεν] ὁμόστεγοι, ὁμωρόφιοι, quae vox Nonn. Paraphr. N.

99 reperitur. Cf. Quint. Smyrn. 13. 427 νηὸν ἐς ὑφόροφον, Nonn Dionys. 35. 93 καὶ στένος ἄπλετος ἦεν ὑπωροφίοιο κυδοιμοῦ] ὑπερώου? Nonn. Paraphr. I. 145 ὑπωρόφιοι δὲ μαθηταὶ Ἦμαρ ἐκεῖνο τέλεσσαν ἔσω Χριστοῖο μελάθρου, Σ. 75 ὑπωρόφιον γόνυ πάλλων, Τ. 194 ὑπωρόφιον γόνυ κάμπτων. Quae vox apud Pindarum epicosquae recentiores (Antip. Sidon. VII. 424. 5 ὑπωροφίαισι γυναιξὶν, Nonn. Paraphr. 2. 40 ὑπωροφίης ἀπὸ ληνοῦ) femininam recipit positionem. Quodsi mures et serpentes ὀροφίαι dicuntur, compositum cuipiam redundare praeverbio fuerit visum, sed tam aperta est eius notio, ut explicantes vix simus operae pretium facturi. Ὑπωρείη, quod vocabulum in substantivorum demigravit provinciam, proprie non planitiei contrarium significat, (namque τοῖς πεδινοῖς τὰ ὀρεινά, τὰ ὄρεια opponi solent,) sed τῇ ἀκρωρείᾳ, estque medium inter utrumque κρημνώρεια interiectum. Hom. XX. 218 ἐπεὶ οὔπω Ἴλιος ἱρὴ ἐν πεδίῳ πεπόλιστο, πόλις μερόπων ἀνθρώπων, ἀλλ᾿ ἔθ᾿ ὑπωρείας ᾤκεον πολυπίδακος Ἴδης. Hom. epigr. 7. 5 Δὸς δ᾿ ἐς ὑπωρείην ὑψικρήμνοιο Μίμαντος Αἰδοίων μ᾿ ἐλθόντα βροτῶν ὁσίωντε κυρῆσαι, Orph. Argon. 749 ὑπωρείῃσιν ἐπὶ προβλῆσι κυκλοῦνται. Loca enim in montis radicibus sita cum aspera ac montuosa esse soleant, haud admodum a montanis fuerint diversa. Quamquam, sicut diximus, sua praepositioni vis integra manet. — Agath. VI. 41. 2. βύρσαν ὑπαυχενίην, propter motionem cum Orph. Lith. 499. ἐναυχενίαις ὀδύνῃσιν componendum, Prooem. 3. 47 μήτις ὑπαυχενίοιο λιπὼν ζωστῆρα λεπάδνου, Tzetz. Posthom. 441 κόσμον ὑπαυχένιον τετμημένοι, ἐγγὺς ἕποντο. Ὑποκάρδιος vocabulum Theocriteum, Nonno acceptissimum, (Dionys. 33. 238, 46. 54, 47. 242, Paraphr. O. 28. Z. 58 ὑποκάρδιον ὀμφήν,) velut id, quod et forma et notione coniunctum est, ὑποκόλπιος (Callim. h. in Del. 86, Nonn. Paraphr. N. 23, H. 16, Philod. ep. erot. 25. 1., Q. Maec. V. 130. 3, Artemid. XII. 34, Paul. Silent. ep. 275. 11.) et simplice caret et motione. Ὑποχείριος autem Hom. 15. 448, quae vox movet apud Herodotum, (6. 107, 3. 154, 5. 91,) quid differat a χείριος, Soph. Aj. 490, Papius facile intellexerit, ἐπὴν δαΐδας παραθῆται. Quo loco recte Scholiastes: ἤγουν ὑποχειρίαν ἀφείς τινι τῶν σῶν ἐχθρῶν· ἡ γὰρ ὑπό πρὸς τὸ χειρίαν. ὑποχειρίαν δούς τινι τῶν ἐχθρῶν σου. Simplex apud Euripidem investigatum sane quam pronum est ad quandam ellipseos speciem: in composito vero aliquid superesse, mihi quidem nullo modo poterit per-

persuaderi. Quocum compositurus eram ὑπόγυιος, in quo interpretando Etymologus Magn. 782 multus est, si ulla intercederet huius vocabuli cum epicorum operibus consuetudo. Quin utrumque huic loco parum accommodatum ideo habetur, quia peculiaris significatus figura in tropum abiit.

§. 14.

Secundum agmen auspicor ab ὑπηοίη (στίβη) Hom. 17. 25, ἡ ἑωθινὴ πάχνη, quocum comparo Anacr. 9. 9 ὑπόρθριαι φωναί. De motione vid. Progr. Lycc. 1846. §. 18 et 19. Apud Homerum tribus praeterea locis ὑπηοῖος reperitur, VIII. 530, XVIII. 277, 4. 656, πρωϊνόν significans, ad quem significatum praeverbium aptissimum videtur: sub aurorae ortum. Qua facilitate fuere, qui pellicerentur, ut ὑπ' ἠοῖο in Iliade scribendum censerent. Ceterum simplex (4. 447 πᾶσαν δ' ἠοίην μένομεν, quo loco ἡμέραν potius, quam ὥραν tacite apponi velim: τὴν ἀπὸ πρωΐας ἕως ἕκτης ὥρας ἡμέραν) proxime compositi notionem consistere videtur, ut Aristoph. Pax. 802. ἀοῖος ἀστήρ, quem eundem Paulus Silentiarius ep. 283. 3 ἕσπερον ἀστέρα appellat. Coeli autem regiones quoniam ex solis migratione nominari solent, simplex ἀνατολικόν notat, ut Hom. 8. 29 ἠὲ πρὸς ἠοίων ἢ ἑσπερίων ἀνθρώπων. Cf. Dionys. Perieg. 698 ἑωθινὸν ἔθνος Ἰβήρων. Et ad eandem quidem normam dirigendum est Dionys. Perieg. 450 ὑφεσπερίων στηλάων, quod ipsum de tempore vespertino usurpatur, ut ep. adesp. V. 305, 55. 1 κούρη τίς μ' ἐφίλησεν ὑφέσπερα. Cf. Maced. Hypat. 233. 5 ὄψομαι ἑσπερίη σε, ubi al. ἑσπερίην. De matutino autem tempore Oppianus Halieut. 4. 640 ὑπημάτιος (prima luce) dixit, (τοὺς μὲν ὑπηματιους, τοὺς δ' ἕσπερος εἷλε δαμέντας,) ab ὑπηοῖος non procul distans. In qualibus quid praepositio significet, ex insequenti versiculo apparere arbitror: εἰτ' ἂν ὑπὸ πρῶτον νυκτὸς κνέφας.

Ab his autem angusto freto ὑπηνέμιος est seiunctum Arat. 839, cuius simplex paene eodem significatu apud Philonem repertum perhibetur. Sicut enim ea, de quibus modo dictum est a nobis, ea significant, quae sub adventu diei vel noctis fiunt, ita ὑπηνέμιος „sub venti ortum," „venti ortum praesignificans." Apud Nonnum autem hoc vocabulum aliud significat, verum non satis constare puto, similemne venti,

an vento subiectum, vi ventorum agitatum. Utrumque enim ad celeritatis notionem fuerit propensum. Dionys. 36 40 καὶ κραναὸν κούφισσεν ὑπηνέμιον βέλος Ἥρη, 45. 139 ὑπηνέμιος δὲ κεραστὴς Ὁλκαίαις ἑλίκεσσιν ἀνέδραμεν εἰς κέρας ἱστοῦ. Cf. Paraphr. Υ. 39, Φ. 18, Α. 122 et Α. 147 ποδήνεμος ἔτρεχεν ὥρη, Υ. 20 ποδήνεμος μαθητής. Quo eodem pertinent ᾠὰ ὑπηνέμια, subventanea, quae eadem ζεφύρια appellari solent, δίχα τοῦ ὀχευθῆναι γεννώμενα, ut est apud Etymologum Magn. 780. 28. Ὑπήνεμος autem, quod sine praeverbio dici non potest, vocis cognatae praesidium firmissimum est. Αὔρα enim ὑπήνεμος Eurip. Cycl. 44 satis demonstrat, quid ποῦς ὑπηνέμιος sibi velit apud Nonnum. Sophocles (Antig. 411 καθήμεθ' ἄκρων ἐκ πάγων ὑπήνεμοι) et Xenophon (Oecon. 18. 7 λικμᾷ ἐκ τοῦ ὑπηνέμου ἀρχόμενος) huic voci aliam vim substituere, nostra memoria geographis usitatissimam, ut προσήνεμος contrarium videatur. Πέλαγος autem ὑπηέριον Apoll. Rhod. 4. 1578 mare ventis expositum dicitur, nisi quis mare apertum significare maluerit me quidem suffragante. Opponitur enim πόντος τῷ ἀγχιβαθεῖ στόματι λίμνης, ἡ πελάγιος ὁδὸς τῇ στεινῇ ἀκτίᾳ supra descriptae. Ex quo facile intelligitur, quid verbo ἀνοίγειν Xenophon significari velit in Graeca historia. Vel eum locum, quem falso Papius Archiae adscribit, (Zosimi enim est, aut, ut aliis placuit, Antipatri Sidonii,) Anthol. VI. 15. 2 τάδε δίκτυα — Πίγρης θῆκεν ὑπηερίων Πανί ad eandem normam dirigendum censeo. De πετηνοῖς enim canit sub Iove volantibus, nec, ut mea quidem fert sententia, quidquam altius repetere cogimur praeverbio. Cogitaverit quispiam de celeritate. Attamen, si hoc ipsum, de quo sermo est, poematium accuratius inspexerit, eaque comparaverit, quae idem argumentum tractant, Archiae, Leonidae, Iuliani Aegyptii, Satyrii, facile sibi persuadebit, dia, (quae sub dio sunt,) marina, terrea, ut Prudentius dicit, notari. Cf. ὑποχθόνιος §. 13.

§ 15.

Ab his omnibus secernendum est ὑποκρύφιος vocabulum a lexicographis, ut videtur, in sempiternum exsilium eiectum. Simplex κρύφιος ab Hesiodo fabricatum op. 789, (αἱμυλίους τε λόγους κρυφίους τ' ὀαρισμούς,) Homero quidem ignotum, qui talia significaturus vocibus κρυπτός (XIV. 168 κληῗδι κρυπτῇ. Cf. Pind. Pyth. 9. 69) et κρυπτάδιος utebatur, (VI. 161

κρυπταδίῃ φιλότητι μιγήμεναι. Cf. Hes. op. 329 κρυπταδίης εὐνῆς. — Hom. I. 542 κρυπτάδια φρονέοντα,) cui opponere solet ἀμφάδιος. Quae omnia usque ad extrema Graecorum poetarum tempora reservata sunt. Anthol. I. 88. 2 μορφοφανῶν τε τύπων κρύφιον νόον εἰς φάος ἕλκων, Christod. Ecphr. 216 κρυφίην δ' ἤγγειλεν ἀπειλήν, ib. 254 κρυφίης κήρυκας ἀνίης, Ep. Kyz. 19. 1 τόνδε σὺ μὲν παίδων κρύφιον γόνον Ἄρεϊ τίκτεις. — Nonn. Dionys. 46. 29 κρυφίων λεχέων ἐπιμάρτυρες, Paraphr. 7. 73 ὅττι με μοῦνον Πάντες ἀποκτείνειν κρυφίῳ μαστεύετε πότμῳ. — Nonn. Dionys. 32 31 κρυπταδίῃ φιλότητι, 46. 37 κρυπταδίης φιλότητος ἀναίτιον, 34. 33 κρυπταδίην διὰ Κύπριν ἀεὶ φθονέουσι γυναῖκες, Paraphr. 9. 123 γλώσσῃ κρυπταδίῃ, μὴ δήϊος ἐσμὸς ἀκούσῃ. Iam autem compositum ὑποκρύφιος Nonnus saepius supposuit. Ac primum quidem Dionys. 36. 95 ὑποκρυφίου δὲ θαλάσσῃ σειομένου τριόδοντος, Ἄραψ μυκήσατο Νηρεύς certum non est, cum alii ὑποκρὺ δὲ θαλάσσῃ, alii ὑποκρύφιος δέ, alii ὑπὸ κρυφίῃ δὲ θαλάσσῃ scribendum censeant. Sed Paraphr. 18. 100 οὐδὲ ὑποκρύφιον λαλέων λῃίστορι μύθῳ et Dionys. 29. 107 μεμφομένοις στομάτεσσιν ὑποκρυφίην χέε φωνήν, quo loco feminina est positio ad Progr. Lycc. 1846 §. 18 diiudicanda, vix a quocum est impugnatum. Quibus locis etsi sine maiore notionis detrimento simplex vox restitui potest, tamen et intellectus et ornatus adiuvatur praeverbio adiecto.

§. 16.

Iam autem eo perventum est, ut de iis loquendum videatur, in quibus notione ipsa nihilum immutata vis vocabuli, ut aliis praepositionibus corroborari, ita hac imminui dici solet. Qualia sane quam multa sunt. Ubicunque enim, quo se verterent, non habebant grammatici, hac regione τῶν μειωτικῶν nihil portuosius hospitaliusve visum. Facile Hes. scut. 142 ἠλέκτρῳ θ' ὑπολαμπὲς ἔην, χρυσῷ τε φαεινῷ Λαμπόμενον tutari peculiarem praepositionis significationem possumus ex talibus locis, quales sunt Apoll. Rhod. 1. 1280 ἦμος δ' οὐρανόθεν χαροπὴ ὑπολάμπεται ἠώς, Ἐκ περάτης ἀνιοῦσα, et Meleag. XII. 80. μὴ — κινήσῃς τέφρῃ πῦρ ὑπολαμπόμενον. Neque ea, quae a posterioribus componebantur scriptoribus colorem significantia, ὑπόλευκος, ὑπαργήεσσα, (ῥίζα. Nicand. Ther. 663,) ὑπόμελας, ὑποπέλιος, ὑποπόλιος, ὑπόγλαυκος Tzetz. Posth. 527, ὑποκυάνεος, ὑπόπυρρος ib. 659, ὑπέρυθρον (σῶμα Thuc. 2. 49, χρῶμα Plut. rep. 617. a.) ὑποπόρ-

φυρος Ep. adesp. V. 84, ὑπόφαιος, ὑπόχλωρος, ὕπωχρος, ὑπόκιῤῥος, aliena videntur a genuina praeverbii notione, ut satis ostendit Hom. V. 503 αἱ δ' ὑπολευκαίνονται ἀχυρμιαί. In qua similitudine cum apte subtus paleae suppurari dicantur, albidaeque desidere, haud perperam adiungitur: ὣς τότ' Ἀχαιοὶ Λευκοὶ ὕπερθε γένοντο κονισάλῳ, quoniam decoro belli pulvere milites desuper inquinantur. Quorum sub tutela latent, quae pedestri oratione hic illic reperiuntur, ὑπόσαθρος, ὑπόσαπρος, alia sexcenta. Quae quam rerum naturae convenientia sint habenda, explicatu facillimum est.

Prae ceteris autem duo potissimum abundantiae exempla sub oculos ceciderint: Hom. XVIII. 519 λαοί δ' ὑπολίζονες ἦσαν et Hes. scut. 258 ἡ μὲν ὑφήσσων Ἄτροπος, οὔτι πέλεν μεγάλη θεὸς, ἀλλᾳ καὶ ἔμπης Τῶνγε μὲν ἀλλάων προφερής τ' ἦν πρεσβυτάτη τε. Quorum mihi quidem, ut libere loquar, quae vulgo fertur explicatio, ideo in suspicionem incurrit, quoniam ne unum quidem novi huius praeverbii exemplum τὴν μείωσιν significantis, quod quidem sit apud Homerum. Quae enim talia afferuntur, facillime ad propriam rediguntur notionem. Sed exitum in his vix reperturus videbar, cum subito significationis similitudo eorum me substantivorum admonebat, quae relativa nominari solent, (ὑποδμώς, ὑφηνίοχος,) quae relatio ab istis quidem locis mihi haud absona videbatur. Apta num sit, aut necessaria, alii videant, qui me magis talibus quaestiunculis exercitati sunt, quorum iudicium hoc facio. Qui vix monendi erunt, ne vocem ὑπομείονες Xen. Hell. 3. 3. 6 omittant.

Attamen nescio quo pacto accidit, ut mihi, virum summopere veneranti, cum Abreschio non conveniat, qui cum Aeschylus Pers. 484 οἱ δ' ὑπ' ἄσθματος κενοὶ Διεκπερῶμεν ἔςτε Φωκέων χθόνα καὶ Δωρίδ' αἶαν scripsisset, Scholiastarum secutus conatum, (μικρὸν ἀσθμαίνοντες,) ὑπόκενοι ἄσθματος iungebat Animadv. p. 208, eiusque rei caussam eam affert, quod ἄσθματος κενοί, cui d' Arnaudt patrocinabatur, mortui essent putandi. In quo primum hoc neglexit, in talibus fere vulgarem esse hyperbolen ita, ut nullos esse se ipsos profiteantur, quorum nemo adhuc extremum spiritum exceperit, quod genus ad commiserationem efficacissimum est. Tum vero a se ipso recessit, iisque, quae III. p. 54 disputata ab eo sunt, propriae vocabuli ἄσθμα notionis immemor, quae ab ipso munitam ratio-

nem satis adiuvat. Qui idem Abreschius Pers. 489 ὑπεσπανισμένους βορᾶς ἐδέξαντο, veritus, ne quis ad verbum ἐδέξαντο praepositionem agglutinare inciperet, Suidam secutus, superfluam statuit esse, nec imminuentem vim vocabuli, ut homines recentes, quod quam saepe affectatum sit receptaculum, plerisque a nobis locis demonstratum est.

Cap. IV.

De adverbiis, quibus praepositio ΥΠΟ abundanter adiecta sit.

§. 17.

Ad extremum strictim de adverbiis perscribamus. Hom. II. 150 ποδῶν ὑ π έ ν ε ρ θ ε κονίη Ἵστατ' ἀειρομένη] ὑπο των ποδων αὐτων νερθεν ἐγειρομενη ανιστατο ἡ κονις Schol. B. — Hom. IV. 147 μιάνθην αἵματι μηροὶ Εὐφυέες, κνῆμαί τ' ἠδὲ σφυρὰ κάλ' ὑ π έ ν ε ρ θ ε ν, ib. 186 εἰρύσατο ζωστήρτε παναίολος, ἠδ' ὑ π έ ν ε ρ θ ε ν Ζῶμάτε καὶ μίτρη] ἐκ της ὑπο προθέσεως και του ἐνερθεν ἐπιῤῥηματικως. το δε ἐνερθεν ἐκ του ἐνερος, ὁ σημαινει τον νεκρον, ὡς το ἀναξ ἐνερων Ἀϊδωνευς· ἐξ αὐτου ἐνερουθεν και ἐνερθεν, quocum re concinit Etymologus 340. 12 (σημαίνει δὲ τὸ ὑποκάτωθεν.) Cf. Hom. IV. 215, XIII. [illegible]0, XVII. 386, 12. 241, Hes. scut 418. Facillime autem ex Hom. 10. 353 ἔβαλλε θρόνοις ἔνι ῥήγεα καλὰ Πορφύρεα καθύ π ε ρ θ', ὑ π έ ν ε ρ θ ε δὲ λίθ' ὑ π έ β α λ λ ε ν perspici potest, et abundantiam procul ab his abesse et quid praeverbio significetur. Cui loco Gregorii Nazianzeni poema VIII. 118. 1 appono:

> εἷς δόμος, ἀλλ' ὑ π έ ν ε ρ θ ε τάφος, κ α θ ύ π ε ρ θ ε δὲ σηκός,
> τύμβος δειμαμένοις, σηκὸς ἀεθλοφόροις,

cui loco ii sunt vicini admodum, quibus non subtus ex terra, verum infra sub terra haec vox significat, Hom. III. 278 καὶ οἳ ὑπένερθε καμόντας Ἀνθρώπους τίνυσθον, ὅτις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ, XX. 61 ἔδδεισεν δ' ὑπένερθεν ἄναξ ἐνέρων Ἀϊδωνεύς, quo intellectu Pindarus (Nem. 10. 164 ὑπένερθε γαίας ἐών) hoc vocabulo utitur. Ut autem Oppianus Cyneg. II. 416 γαίης ὅσσα

τὸ ἔνερθε eodem fere dicat intellectu, non sequitur continuo praeverbio vocem ὑπένερθε redundare. Postremo geographis hoc vocabulum usitatum, ut Dionys. Perieg. 336 τῆς δ' ὑπένερθε Ταρτησσός, quae ipsa notio inde ab Homeri carminibus (3. 172 ὑπένερθε Χίοιο) profecta est.

Dionysius Perieg. 1122 vocabulum ὑπηρέμα (γλυκερὴν ἀμέθυστον ὑπηρέμα πορφυρέουσαν) composuit ineptius, ut mihi quidem videtur, quam significantius. Namque id fere notat haec vox, quod ep. adesp. V. 84 εἴθε ῥόδον γενόμην ὑποπόρφυρον adiectivo composito notatur. Significat colorem lapidis sublucere misto rubore, quod a recentibus scriptoribus ὑποπορφυρίζειν dicebatur. Atqui reperiuntur sane silices crystallini subtus aperte purpurascentes, in quibus hoc satis dilucide perspici potest, praeverbium ne hoc quidem loco esse propria sua significatione despoliandum. Subtus enim translucere colorem purpureum timide tanquam et pedetentim, hoc vero canere a poetae persona mihi non videtur abesse, quem eundem sane oportet vatem exsistere naturae rerum haud inscium. Ἠρέμα ipsum, satis tutum ab omni impetu, ab ista compositione haud scio an abhorreat. Ne autem multus sim in hoc vocabulo, meam feram de hoc loco sententiam. Censeo ὑπ' ἠρέμα πορφυρέουσαν esse scribendum, quamvis haec scriptura in libris, quod quidem sciverim, non inveniatur. In transcursu ὑπόκρυφα tractandum Pind. Nem. 9. 79, (αἰδὼς γὰρ ὑπόκρυφα κέρδει κλέπτεται, Ἃ φέρει δόξαν,) quam vocem Boeckhius dirimendam statuebat. Tzetzes autem, turpissimarum inventor ineptiarum, ipse videat, quid de versiculo Posthom. 375, (νῶτα δὲ τοῖο ἔαγεν ὑπήρεμα, λῆθε δὲ πολλούς) statuendum censeat, quo Heleni figuram debilitare conatur.

De ὑπόβρυχα vid. §. 13., de ὑφέσπερα §. 14.

Ὑποκλαδόν Oppian. Cyneg. 4. 205., ὑποφθαδόν Oppian. Halieut. 3. 145, ut ὑποβληδόν, ἀποσταδόν, ἐγκλιδόν, ἐκκριδόν, παρακλιδόν Apoll. Rhod. 2. 1264, ipsumque ὑπονομηδόν Thuc. 6. 100, eaque, quae Progr. Lycc. 1846 congessimus, regulam sequuntur Schol. Hom. VII. 273 propositam: τὰ εἰς — δον ἐπιῤῥήματα ἐν τῇ συνθέσει φυλάσσει τὸν τόνον, neque ortum habent a simplicibus. Ὑπαντάξ autem Arist. fragm. 132 repertum et ὑποδράξ Nicand. Theriac. 457 et 765, quibus ipsis composita potius subesse creduntur, quam simplicia, similiter ac cetera in — ᾶξ et — ῖξ termina-

ta adverbia, quibus tantum ἅπαξ excipitur et πέριξ, ex grammaticorum praeceptis acui debent.

Cap. V.

Verba ac nomina a duabus et tribus consociata praepositionibus.

Iam cursu isto peracto longaque illa de simplici praepositione eo deducta disputatione, quo propositum erat, novum tanquam impetum faciamus, de iis acturi, quae pluribus sunt praeverbiis subiuncta. In quibus aliam prorsus et a priori libro alienam rationem sumus secuturi. Namque hic non tantum orationis consumetur ad pleonasmi rationes demonstrandas, quantum in eo, ut in uno quasi conspectu ponatur, quousque Graeci in cumulandis praeverbiis sint progredi conati. Eum locum autem hic omittendum arbitror, qui est de praepositione ita repetita, ut cum verbo consociata eadem sequatur sive adverbii loco posita, sive mera praepositio. Ab hac enim materia non facile segregari potest praeverbium ὑπό singulatim tractandum, quoniam talia exempla in caussa communi versantur, ita ut separatim pro se quaeque praepositio diiudicari nequeat. In aliud igitur tempus hic locus erit procrastinandus. Sed rem ipsam aggrediamur.

§. 18

Consentaneum est, ea praeverbia, quae contraria sunt notione, non facile conglutinari. Quare fit, ut ὑπέρ cum ὑπό nunquam componatur. Etsi tale coagmentum auribus teretibus vix tolerari potuisse credo. Quis enim Graecorum sapore praeditus sine cruciatu ὑπουπερ —, aut ὑπερυπο — exaudiat? Iam, si quid video, ἀνυπο — et ἐφυπο — propter contrarium praepositionum significatum non usurpantur, quamvis ὑπανα — et ὑπεπι — sunt in usu communi. Talia enim tum tantummodo componuntur, cum, ut exigit ipsa rerum natura, ea praepositio praecedit, cuius

intellectus a statu rerum priori profectus in alterius praeverbii, statum commutatum significantis, vim ac notionem sensim transire potest. Namque hoc posterius a verbo dirimi nequit, quia gravissima fere est pars vocabuli compositi. Quae ne videantur obscuriora cuipiam, in uno exemplo patescant. Xenoph. Cyrop. 2. 4. 14 πορευομένῳ αὐτῷ — ὑπανίσταται λαγώς poterat scribi simplex ἀνίσταται, nec vero ὑφίσταται, neque ἀνυφίσταται, quoniam tum summam notionis praeverbium ἀνα — complectitur, tum quoniam ex loco inferiore (ἕδρας) lepus exsultasse dicitur ita, ut forma eius eminentior conspici potuerit. Alterum igitur secundum vices naturales alterum sequi debet, nec fas est, oratione has vices commutari. Ἀνυπο — autem altero quoque mihi impedimento disturbari videtur; nam non facile potuerit a particula privativa distingui, qua sermo Graecus in talibus vix carere potest, qualia sunt ἀνυπαίτιος, ἀνύπαρκτος, ἀνύπευκτος, ἀνυπόδητος, alia viginti plura. Iam ἀμφυπο — et περιυπο — itidem a Graecorum consuetudine absunt, ὑπαμφι — et ὑποπερι — cum reperiantur. Huius rei similis caussa est, sed non tam contraria significant, quam diversa. Duo restant ὑπαπο — et ὑπεις —, in quibus altera praepositio priores partes habet, ὑπό secundas agit. Qua ex re intelligitur inverso ordine haec dici non potuisse. Utrumque autem pedestri orationi comicoque poetae peculiare admodum, cum verbis tantummodo motum significantibus coagmentatur. Thucyd. 3. 111 ὑπαπῄεσαν κατ᾽ ὀλίγους 5. 9 τοῦ ὑπαπιέναι πλέον ἢ τοῦ μένοντος, ἐξ ὧν ἐμοὶ φαίνονται, τὴν διάνοιαν ἔχουσιν. Aelianus ὑπαπέρχομαι et ὑπαποκρύπτω, Aristophanes ὑπαποκίνει τῆς ὁδοῦ Av. 1011 (ἀλλ᾽ ὑποκινητέον Thesm. 924) composuit, qui Ran. 174 ὑπάγετ᾽ ὑμεῖς τῆς ὁδοῦ et Eccles. 284 ὑπαποτρέχειν ἔχουσι μηδὲ πάτταλον, quibus ὑπαφίσταμαι addendum, Antiphonti aliisque usurpatum. In his vero, sicut in eo, quod a recentioribus confictum est, ὑπαποψήχειν, summovendi aut subterfugiendi notio latet. Herod. 1. 12 autem ὑπεισδύς τε καὶ ἀποκτείνας αὐτὸν subrependi (suffugiendi, ut discrimen aperiam) significatu est coniunctum, velut id, quod Platoni in usu est, εἶτα λαθὸν ὑπεισῆλθε τὸ γῆρας.

§. 19.

Ἀνθυπο — ab epicorum libris abest, ut fere omnia ea composita, in quibus ὑπό alteram praepositionem subsequitur. Apud tragicos repe-

ritur ἀνθυπουργεῖν Soph. fragm., Eurip. Hippol. 1012, quod idem, Aristoteli ἀνθυπηρετεῖν dictum, est apud Herodotum 3. 133, qui 6. 86 ἀντυποκρινόμενος τοιάδε scripsit: „haec contra respondens", quo vocabulo Lucianus simulandi intellectu utitur. Praeter hos Thucydides nonnulla composuit, (3. 70 ἀνθυπάγει αὐτῶν τοὺς πλουσιωτάτους πέντε ἄνδρας, quae opponuntur antecedentibus ὑπάγουσιν αὐτόν οὗτοι οἱ ἄνδρες εἰς δίκην, et ἀνθυποπτεύειν,) Plutarchus (ἀνθυπείκω, ἀνθύπειξις, ἀνθυποχωρέω, ἀνθυποχώρησις) et Demosthenes. (ἀνθυπόμνυσθαι, ἀνθυποστῆναι.) Ἀνθυποκαθίστημι vid. §. 30. Pauca his e recentiorum operibus addi possunt, quae praetermittenda censeo, ne supra modum oratio evagetur.

Διυπο — et ἐνυπο rarissime conglutinantur. Unum διυφίστημι a duobus praeverbiis est compositum; namque διυπηρετέομαι a Schol. Eurip. Phoen. 1435 confictum vix huc pertinet. — Ἐνυπάρχω, ἐνυποδύομαι, ἐνυπόκειμαι et ἐνυφίστημι sero in pedestrem orationem irrepsere, ut ἐνυπόσαπρος adiectivum Hippocrateum.

§. 20.

Ἐξυπο —

Hoc loco primum epicorum libri citantur. Orph. Lith. 578 Νηρῆα κυκώμενον ἐξυπαλύξαι, Quint. Smyrn. 12. 502 ἐπεί σφισιν ἦτορ ἐώλπει Λευγαλέου πολέμοιο βαρὺ σθένος ἐξυπαλύξειν, cui, siquidem Papio fides est habenda, Orph. Argon. 687 οὐ γάρ οἱ ἐξυπάλυξις ὀϊζυροῖο πόνοιο est apponendum, quo loco ed. Tauchn. simplex est scriptum ὑπάλυξις. De ἐξυπανέστη vid. §. 28.

Soph. Oed. Col. 1025 (Tauchn. 1001 ed. Both.) ἀλλ' ἐξυφηγοῦ, Trach. 1158 (ed. Both. 1119.) ἡμεῖς δ' ὅσοι πάρεσμεν, εἴ τι χρὴ, πάτερ, Πράσσειν, κλύοντες ἐξυπηρετήσομεν, quod posterius parasyntheton est. Euripides (Bach. 1266 ἰδού· τί μοι τόνδ' (αἰθέρα) ἐξυπεῖπας εἰσορᾶν;) ἐξυπειπεῖν verbum composuit suadendi significatione subiuncta. Unum restat ἐξυφάπτειν Schol. Hom. XXI. 334 inventum.

§. 21.

Cum καθυπο — compositorum magna turba est, recentissimis quibusque usitatorum, καθυπείκειν (καθυπηρετεῖν, καθυπισχνεῖσθαι,) καθυποβάλλω, καθυπογράφω, καθυποδείκνυμι, καθυποδέχομαι, καθυποδύω, καθυπο-

ζεύγνυμι, καθυποκλίνω, καθυπόκειμαι, καθυποκλέπτω, καθυποπίπτω, καθυποσαίνω, καθυποσπάω, καθυποστιβίζω, καθυποστρέφω, καθυποτάσσω, καθυποτοπέομαι, καθυποτρέχω, (καθυπουργέω,) καθυποφαίνω, καθυποψιθυρίζω, καθυφίστημι, quibus duo vocabula a tribus praeverbiis consociata sunt addenda: καθυπεμφαίνω et καθυπενδίδωμι. Haec vero tametsi magnam partem lexicographorum suffragio in tabulas redundantium vocum referuntur, hoc loco caussa eorum agi nequit, quoniam prior praepositio κατά in his pleonasmi coargui solet. Ab epicorum usu ac consuetudine haec prorsus abesse arbitror: qui autem in Musae pedestris civitate cives classici putantur, eorum in operibus quinque fere ex hoc genere voces investigatae sunt. Xen. Hellen. 2. 4. 23 (ed. Schneid.) ἐντόνως ἔλεγον, ὡς οὐ χρὴ καθυφίεσθαι τοῖς ἐν Πειραιεῖ eodem intellectu scriptum, quo καθυπείκειν apud Eumathium, eodemque intellectu apud Demosthenem reperitur, qui alias, ut Lucianus, prodendi praevaricandive significatione utitur hoc vocabulo, cui significationi aptum videtur Xen. Hellen. 2. 3. 35 προέμενοι αὐτοὺς ἀπολέσθαι. Alterum est καθυποκρίνεσθαι iisdem fere scriptoribus usurpatum, tum simulandi notione, tum malas artes tractandi. Tertium καθυποπτεύω („suspicionem moveo") in Aristotelis libris delitescit. Duo supersunt καθυπισχνεῖσθαι a Luciano profectum et καθυπάρχειν Plut. Cic. 23. In quibus omnibus a praeverbio ὑπό omnis abest pleonasmi suspicio. De κατά autem alio tempore a nobis disseretur.

Μεθυπο — rarissimum est, a poesi epica alienum admodum. Aristoph. Eccl. 544 ἵνα θοἰμάτιον σώσαιμι, μεθυπεδησάμην, h. e. ἄλλα σάνδαλα ὑπεδησάμην. Cetera vocabula, quae huc pertinent, pedestri orationi sunt peculiaria. Μεθυπόστρωσιν Hippocrates lecti cubicularis commutationem dixit, quaeque posteriore tempore sunt tentata vocabula, μεθυπάρχειν, μεθύπαρξις, itidem satis tuta sunt ab omni abundantiae invidia. Iam μεθυπαλλαγή secundum Papium a Schol. Soph. 292 confictum, loco citato non reperitur, sin autem cuipiam fuerit repertum, iterum atque iterum moneo, ne μετά Papii iussu redundare putet. In hoc enim si redundat, non est, cur vocem μεθυπόστρωσις recte se habere arbitremur, ut ipse, ni quid me fugit, arbitratur Papius.

A *παρυπο—* **multa sero sunt coagulata, cum res iam in serum abibat.** Παρυπάρχω, παρυπαντάω, παρυποδείκνυμι, παρυποκλέπτω, παρυποκρύπτω, παρυπολαμβάνω, παρυπομιμνήσκω, παρυπόμνησις, παρυπονοέω, παρυπόστασις, παρυποφαίνω, παρυποψύχω, παρυφαιρεῖσθαι, παρυπέστην omnia scite solent interpretari, ut nil opus sit, diutius hoc loco commorari. De *παρυπεμφαίνω* vid. §. 30.

A Platone *προςυπακούειν* componebatur, a Demosthene *προςυπάρχειν* et *προςυποσχεῖν*, quae ita omnia a lexicographis explicari solent, ut abundantiae crimine expertia videantur. Idem in ea cadit, quae a posterioribus scriptoribus conglutinata sunt: προςυπαντάω, προςυπεργάζομαι, προςυπισχνοῦμαι, προςυποβάλλω, προςυπογράφω, προςυποδείκνυμι, προςυποθήγω, προςυπολαμβάνω, προςυπομιμνήσκω, προςυπομνηματίζω, προςυποτάσσω, προςυποτέμνω, προςυποτίθεμαι, προςυποτοπέω, προςυπουργέω et προςυφεστῶτα M. Antonin. 5. 19, quo loco nonnulli προϋφεστῶτα scribi malunt. De *προςυπεμφαίνω* vid. §. 30.

Cum *προϋπο—* quadraginta plura vocabula a scriptoribus componebantur. Apud Xenophontem reperitur Hellen. 7. 1. 41. βουληθεὶς τοὺς Ἀχαιοὺς *προςυπαγαγέσθαι* — ἔγνωκε στρατευτέον εἶναι ἐπὶ τὴν Ἀχαίαν, siquidem recte Schneiderus Diodorum sequitur. (XV. 75 τοὺς Ἀχαιοὺς καί τινας ἄλλας πόλεις προςηγάγετο.) Plerique *προϋπαγαγέσθαι* scribendum censent: „ante sibi subiicere", aut, ut Morus mavult, „arte quadam impellere", loco, credo, ex libro secundo (3. 31, οὐ προάγειν — τοὺς ξυνόντας ἐς πράγματα) promto ductus. Altera quoque vox vacillat, apud Xenophontem inventa Cyrop. 3. 3. 34. (al. 18.) οἱ μὲν θεοὶ — μάχην ἔσεσθαι προαγγέλλουσι — καὶ σωτηρίαν *προϋπισχνοῦνται* ἐν τοῖς ἱεροῖς, quo loco alii: ὑπισχνοῦνται. Tertium autem vocabulum τὰ *προϋπηργμένα*, ut „beneficia antea collata" Demosthenes appellat, (Arist. eth. ἑτέρου *προϋπαρχὴν* ἀμείψασθαι,) apud Platonem „tempore antecedendi" notione subiunctum est. Cetera posteriore tempore sunt nata vocabula, omnia vero excepto προϋπάρχω, nisi falso scribitur Eur. Phoen. 1238, a poetarum operibus procul remota.

Συνυπηρετεῖν Plato, *συνυποδύεσθαι*, (cf. συνεργεῖν „una cum alio subire negotium",) *συνυποχωρέω* et *συνυποφύομαι* Plutarchus usurpabat. Cetera, quae sunt fere triginta ex hoc genere, quoniam tantum

a pleonasmi finibus absunt, quantum ab excellentium scriptorum consuetudine, hic enumerare opus non est.

§. 22.

Ὑπαμπέχω et ὑπαμφιέννυμι recentiora sunt, pedestri oratione usitata vocabula.

Aristoph. Eccles. 1165 ἐπὶ τὸ δεῖπνον ὑπανακινεῖν, Nub. 993 τῶν θάκων τοῖς πρεσβυτέροις ὑπανίστασθαι προσιοῦσι, quod verbum, sicut vox ὑπανάστασις „prorsae et vorsae facundiae" est. Ὑπανάπτειν apud Tzetzen indagatum esse dicitur ea fere significatione, qua ab Aeliano ὑπαναφλέγειν scribitur. Reliqua autem cum his praepositionibus composita vocabula prosae orationi propria videntur esse. Cf. §. 8.

Quae cum ὑπαπο — consociata sunt, §. 18. satis a nobis sunt tractata. Ὑποδιαβάλλω, ὑποδιαβιβρώσκω, ὑποδιαιρέω, ὑποδιασπάω, ὑποδιαφέρω, ὑποδιαφθείρω, ut ὑποδιαίρεσις, ὑποδιαστολή, ὑποδιήγησις vocabula pedestris orationis scriptoribus, iisque recentissimis quibusque sunt in usu.

§. 23.

Ὑπεν —

Ὑπέγγυος, pro quo Pollux Lycurgum ἐπέγγυος scripsisse dicit, etymo obscurato ab ὑπόγυιος differt: Aeschyl. Choeph. 36 κριταί τε τῶνδ' ὀνειράτων Θεόθεν ἔλακον ὑπέγγυοι, Eurip. Hecub. 1014 (Tauchn. — 1029) τὸ γὰρ ὑπέγγυον Δίκᾳ καὶ θεοῖσιν οὐ ξυμπιτνεῖ, Ὀλέθριον, ὀλέθριον κακόν. Herod. 5. 71. ὑπεγγύους πλὴν θανάτου. Ἔγγυος, quod vocabulum falso Moeris Atticum perhibet pro ἐγγυητής esse, ut ἐχέγγυος, aliud significat, quamvis a proprio compositi significatu proximum. Iam vero, quemadmodum et ἀνεύθυνος et ἀνυπεύθυνος recte dicitur, posterius etiam significantius, quemadmodum ἀναίτιος et ἀνυπαίτιος utrumque sine dubitatione usurpari potest, ita ὑπέγγυος, utcunque se res habet, longe aberit a pleonasmi finibus.

Alterum est ὑπεναντίος, ab Hesiodo prognatum scut. 347. τῶν ἵπποι μὲν ἔπειθ' ὑπεναντίοι ἀλλήλοισιν Ὀξεῖα χρέμισαν, quod exemplum non tam epici, quam optimi quique pedestris orationis scriptores imitabantur, ut Thucydides, Plato, Demosthenes. Ex Herod. 3. 80 τὸ δ' ὑπεναντίον τούτου ἐς τοὺς πολιήτας πέφυκε et Xenoph. Hellen. 4. 8. 24. ὑπεναντιώτατα.

δὴ ταῦτα ἀμφότεροι ἑαυτοῖς πράττοντες satis apparet, μείωσιν a Papio huc illatam esse ab hoc vocabulo remotissimam. Duobus Cyropaediae locis 3. 3. 26 στράτευμα δεινότατον τοῖς ἐναντίοις et 1. 6. 19 ἐξαπατᾶν δύνανται τοὺς πολεμίους a quibusdam interpretibus ista vox restituebatur, quam Hesychius voce ἐχθρός explicat. Cf. Thucyd. 2. 2. βουλόμενοι ἄνδρας τῶν πολιτῶν τούς σφισιν ὑπεναντίους διαφθεῖραι, N. T. Coloss. 2. 14. ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον — ὃ ἦν ὑπεναντίον ἡμῖν, Hebr. 10. 27. πυρὸς ζῆλος, ἐσθίειν μέλλοντος τοὺς ὑπεναντίους. Iam, ut συνεναντίον omittam, quod certum non est, et ἀπεναντίος dicebatur novissima aetate et inde ab Homeri temporibus usque ad extremam memoriam κατεναντίον adverbium, (adiectivum vix usquam reperitur, namque Maneth. Apotelesm. 1. 285 μηδένα τῶν ὀλοῶν κατεναντίον ἐχθρὸν ἔχοντες ex comparatione aliorum locorum adverbium habendum est,) quae omnia sane quam parvo momento a simplici discrepare videntur. Neque in hoc discrimine exitum reperturi nobis videmur, nisi in uno tanquam conspectu omnia, quae huc pertinent, posuerimus. Hom. XXI. 567. εἰ δέ κέν οἱ προπάροιθε πόλιος κατεναντίον ἔλθω, „cui si obviam venero", Hes. scut. 73. τίς κεν ἐκείνῳ Ἔτλη θνητὸς ἐὼν κατεναντίον ὁρμηθῆναι Πλὴν Ἡρακλῆος; Maneth. Apotel. 1. 90. κατεναντίον ὡρονόμοιο, 3. 137 κατ. ὡρονομοῦντος Ζηνὸς καὶ πολιοῖο Κρόνου δύνοντος ἔναντα, 1. 125 κατ. ἀλλήλοισι, ut de iisdem (Marte et Phaethonte) 1. 268 κατ. ἀμφοτέροισιν, 1. 343 ἢν δ' ἔτι καὶ Παφίη κατ. Ἄρεος ἔλθῃ, 4. 462 κατεναντία Μήνης. Cf. 1. 285, 6. 71 et 157. Dionys. Perieg. 114. ἐπεὶ κατεναντία κεῖνται „exadversus", 313 κατ. Κυανεάων, 957 κατ. Περσίδος αἴης, quibus locis a nonnullis scribitur κατ' ἐναντία. Apoll. Rhod. 2. 360 ἔστι δέ τις ἄκρη Ἑλίκης κατεναντίον ἄρκτου, 2. 116 καὶ πᾶσαν ὅσην κατεναντία νήσου Χώρην Μοσσύνοικοι ὑπέρβιοι ἀμφινέμονται, Quint. Smyrn. 9. 218 οὓς τ' ἐφόβησεν ἰὼν κατεναντία κίρκος, Tzetz. Posth. 170 ἤλασεν ἀντιβίως κατεναντίον ἀπροτιόπτως, ib. 260 κατεναντίον οἶος ἐπελθών, 305 τόνδ' — Στέρνῳ ἐνὶ στιβαρῷ κατ. οὔτασεν ἔγχει, Mus. 254 λαμπομένου δ' ἔσπευδεν ἀεὶ κατεναντία λύχνου. Ad Homericum autem locum proxime accedit Anthol. Graec. IX. 132. 1. Σωφροσύνη καὶ Ἔρως κατεναντίον ἀλλήλοισιν Ἐλθόντες ψυχὰς ὤλεσαν ἀμφότεροι, qui locus ei loco, quem ex Hesiodi operibus citabamus, (scut. 347.) magis similis, quam par est, ut nobis quidem videtur. Attamen difficillimum est enucleatu, quid discriminis intercedat, cum praesertim non alterutra,

verum utraque praepositio ab abundantiae finibus haud procul abesse putetur. Etenim scribitur et *ἀντίον* et *ἐναντίον* et *κατεναντίον* et *καταντίον*, ut Maneth. 1. 230 *Μήνης Ἠελίουτε καταντίον ἑστηώτων*, Opp. Hal. 2. 555 *μοῦναι δὲ κατ᾽ ἀντία δηριόωνται*, Q. Smyrn. 1. 271 *ἔβαλε Σθενέλοιο καταντίον*, Tzetz. Posth. 562 *ἦλθε Νεοπτολέμοιο καταντίον ἔγχεος αἰχμῆς*, ib. 588 *ὅς ῥά τε νηπιέῃσι καταντίον ἤλυθε τοῖο*, similique intellectu *κατέναντα* apud Manethonem undecim libri tertii et sexti locis et Quint. Smyrn 1. 552, a quo *κάταντα* Homericum (XXIII. 116.) et *καταντικρύ* (10. 559, 11. 64) notione differunt. Cf. *καταντίπερα* Maneth. 4. 188 et *καταντιπέρην* 2. 22, 3. 423, 6. 153, 287, 700. Reliquum est *ἀπεναντίον* Herodoto et recentissimis quibusque scriptoribus, *ἀπεναντίως* Luciano usurpatum. *Ἀπέναντι* autem, per Nov. Test. passim dissipatum, ut *ἔναντι, κατέναντι, κατέναντα* accentu retracto scribitur, cuius rei caussa latescere putatur. Ab his enim accentus impedimento est quominus adiectiva profecta habeantur, in quibus fieri potest, ut propter pleonasmi suspicionem ultimae proxima a grammaticis fuerit erecta. Vid. praefat. fin. De *ἐναντίος* alio tempore sumus dicturi. Composita autem modo tractata primum confiteor singulis locis facile potuisse commutari, quoniam levia vocabulorum momenta a vulgari scientia remotiora sunt. In vulgo enim non est discrimen. Tum autem hoc vere videor posse contendere, non nisi caussa antecedente evenire potuisse, ut idem vocabulum cum diversis coniugatum sit praepositionibus. Primum *κατεναντίον* dicebatur, quod frequentissimum omni mansit aetate, et *ὑπεναντίος*, multis saeculis post *ἀπεναντίον*. *Ὑπεναντίος* adiectivum habetur, graduque superlativo usurpatur, nonnunquam in substantivorum fines migrans, cetera autem adverbiorum provinciae propiora videntur. De notione autem ita mihi quidem persuasum est, *ὑπεναντίον* eum proprie dici, qui adversarius exsurgat, *κατεναντίον*, (sit venia verbo!) qui hostili impetu in aliquem decurrat, *ἀπεναντίον* autem, qui ab altero per oppositionem separetur. Sic enim a viris doctis traditur loci significationem in omnibus istis gliscere. Mox autem temporum mutationibus notione principali, ut fere assolet, evanescente *ὑπεναντίος* solum adversarii significationem retinuit, *ἀπεναντίον* et *κατεναντίον* statum contrarium fere significabat, et alterum quidem disparatum, ut hoc utar, alte-

rum absolute contrarium. Quae teretibus quidem auribus certe subaudita ostendunt, in his pleonasmo locum nullum esse. Iam, quae pedestri oratione ὑπεναντιότης, ὑπεναντίωσις vel ὑπεναντίωμα dicatur, satis ex iis patere opinor, quae modo dicta a nobis sunt.

Marc. Argentar. VI. 201. 3 λεπτὸν ὑπένδυμα τοῦτο χιτῶνος, quaeque a recentibus scriptoribus usurpabantur, ὑπενδίδωμι, ὑπένδοσις pleonasmi vix a quoquam coarguuntur. De ὑπέμβρυον vid. §. 12.

Orph. Argon 1210 ἀναῤῥώων δ' ἀνέτρεψε (Ἀγκαῖος) Σκαιὸν ὑπεγκλίνας οἰήϊον „paullulum inclinans". Ὑπεμπίμπρημι autem et ὑπεμφαίνω postrema aetate composita proprium praeverbii ὑπό intellectum tutantur.

§. 24.

Ὑπεισδύς et ὑπεισῆλθε vid. §. 18. Cf. Tzetz. Posth. 2. αὖτις ὑπὸ πτόλιν εἰσβάντες.

Ὑπεπι — omisso ὑπεφήβαρχος, (vid. §. 11,) quae vox huc vix pertinet, in arithmeticis tantum libris hic illic reperitur, Nicomachi potissimum. In vocibus ὑπεπιμερής, ὑπεπιμόριος, ὑπεπιτέταρτος ὑπεπίτριτος deductionem designat praeverbium ὑπό, quo ademto addendi notio exsistit. Unum ab Aristotele verbum ὑπεπιφαύσκω confictum subtus illustrandi intellectu.

§. 25.

Ὑπεκ —

Hoc vero saepissime reperitur. Quare satis habeamus ea tractasse, quae in epicorum carminibus indagata a nobis sunt. De ὑπέκ vid. Lehrs. quaest. epic. 324, ubi Oppian. Halieut. 1. 285, 777, 2. 5, 258, 404, 5. 580, 604 citatur. Cf. Maneth. 1. 185. Nicand. Alexiph. 297. Apollon. Rhod. I. 596, 913, 1166, 1204, II. 668, III. 575, 608, 1183, 1319, IV. 933. 951, 1224, 1613, 1659. Huc addendum est Leonid Alexandr. VII. 480. ἤδη καὶ σκώληκες ὑπὲκ σοροῦ αὐγάζονται Ἡμετέρης et Leonid Scholast. in Planud. 288. 2, qui Libaniam saltatricem cantans, οὔνομ' ἔχεις Λιβάνου, inquit, — καὶ Παφίης κεστὸν ὑπ' ἐκ λαγόνων. Ita enim Wolfius Hom. XIII. 89, XVII. 581, XVIII. 232 scribendum statuit. Loco a nobis iam semel arcessito Tryphiod. 307 εἷλκον ὑπὲρ πεδίοιο θοῶν ἐπιβήτορα κύκλων Hermannus ad Orph. p. 719 ὑπέκ inculcare incepit Wernickio aspernante.

Hom. V. 318 ἡ μὲν ἑὸν φίλον υἱὸν ὑ π ε ξ έ φ ε ρ ε ν πολέμοιο, quod iisdem fere verbis de se ipsa Venus profitetur ib. 377, Aeneam se e pugna subduxisse. Cf. XV. 628 τρομέουσι δέ τε φρένα ναῦται Δειδιότες· τυτθὸν γὰρ ὑπ᾽ ἐκ θανάτοιο φ έ ρ ο ν τ α ι, „morti subtrahuntur". Μείωσις enim separatim a reliquis exprimitur vocabulo τυτθόν. Hom. VIII 268 ἔνθ᾽ Αἴας μὲν ὑπ-εξέφερεν σάκος] λάθρα γὰρ ὁ Αἴας ἐξανοίγων τὸν ἑπταβόειον θυρεὸν, ἐνεδίδου τῷ ἀδελφῷ βαλεῖν, εἶτα αὖθις ἔσκεπε, ad quem locum Eustathius 712. 41 τὸ δὲ ὑπεξέφερεν οὐδ᾽ αὐτὸ κενῶς ἐστοίβασται προθέσεσιν, ἀλλ᾽ ἡ μὲν ἐξ φορὰν δηλοῖ τῆς ἀσπίδος, τὸ ἔ-ξω καί πορρωτέρω τοῦ κατὰ τὸν Αἴαντα στήθους· ἡ δὲ ὑ π ο τὸ κρυφαῖον σημαίνει καὶ λεληθὸς τοὺς ἐχθρούς, quod mihi quidem recte explicatum videretur, nisi proprii praepositionis ὑπό significatus immemor fuisset interpres. Τὸ κρυ-φαῖον sane ad μείωσιν proxime accedit, maximeque quasi perlucet ex ipsa rerum conditione. At vero voci isti ὑποστροφῆς magis subest intellectus, quam ἐπικρύψεως· „removit scutum Aiax ex ea parte, qua Teucer telum erat missurus". Hom. 3. 496. ἦνον ὁδόν· τοῖον γὰρ ὑ π έ κ φ ε ρ ο ν ὠκέες ἵπποι] ὄντες ὑπὸ τῷ ζυγῷ οἱ ἵπποι λίαν ταχὺ ἐκινοῦντο πρόσω. Similiter Eustathius 1478. 9, ἰστέον δὲ καὶ ὅτι ἐν τῷ ὑ π έ κ φ ε ρ ο ν ἐπίτασιν ἡ ἐκ πρόθεσις ἐμφαίνει, ἵνα ᾖ, ὅτι ὄν-τες ὑπὸ τῷ ζυγῷ οἱ ἵπποι λίαν ταχὺ ἐκινοῦντο καὶ, ὡς εἰπεῖν, ὑπερφορῶς. Utrumque lapsum arbitror, iugi nullam concedens significationem. Neque ullo alio vocum coagmento praeclarius potuit celeritas movendi exprimi, quam voce ὑπέκφερον est expressa ita, ut currum e conspectu subterfugere paene oculis cernamus. (Cf. Apollon. Rhod. 1. 1264 ἐς δὲ κέλευθον Τὴν θέεν, ᾗ πόδες αὐτὸν ὑ π έ κ φ ε ρ ο ν ἀΐσσοντα.) Quae enim tam absurda fatuitas excogitari potest, quam si quis vaferrimus Homeri interpres poetam omnium aetatum excellentissimum altero praeverbio iugum significasse, altero eidem movendi voci agglutinato viam aut aliud nescio quid denotasse sine ulla dubitatione affirmare ausit? Namque hoc vero prorsus absonum fuerit, utrumque praeverbium ad iugum referre, quo excusso Telemachus miser eodem erat vestigio remansurus. Nostro saeculo plerique istos veteres sequebantur, incuria potius, ni quid me fallit, quam caussa ducti. Unum locum addo ex Anthologia depromptum, quo Agathias Scholasticus hoc vocabulo utitur notione maxime peculiari IX. 6. 30:

οὐδὲ ῥόου ψυχροῦ ποτιδεύεαι ἀμφὶ λοετρά,

ἀλλ' οἷον ποθέεις, τοῖον ὑ π ε κ φ έ ρ ε τ α ι.

Proximum est Hom. 18. 147 ἀλλά σε δαίμων οἴκαδ' ὑ π ε ξ α γ ά γ ο ι, ad eandem amussin dirigendum, cui appono XX. 300 ἡμεῖς πέρ μιν ὑπ' ἐκ θανάτου ἀγάγωμεν et XIII. 292 ἀτὰρ αὐτὸν ὑ π ε ξ ε σ ά ω σ ε ν Ἀπόλλων, (Apoll. Rhod. 2. 1183 ἀπήμονας ἐξεσάωσεν χείματος, Quint. Smyrn. 3. 49 ὁππότε πρῶτον ὑπεξεσάωσας ὀλέθρου Ἕκτορα,) XVII. 581 νεκρὸν ὑ π ὲ κ Τρώων ἔ ρ υ σ ε ν μετὰ ἔθνος ἑταίρων, XVIII. 232 ἀσπασίως Πάτροκλον ὑπ' ἐκ βελέων ἐρύσαντες, κάτθεσαν ἐν λεχέεσσι, Apollon. Rhod. 2. 1181 πατέρ' ὑμὶν ὑπεξείρυτο φόνοιο Μητρυιῆς.

Praeter haec apud Homerum ὑ π ε κ φ ε ύ γ ε ι ν reperitur et ὑ π ε ξ α λ έ ο μ α ι. Ὑ π έ κ φ υ γ ο ν αἰπὺν ὄλεθρον 9. 286, 12. 287, (πῇ κέν τις ὑπεκφύγοι cet.) 446, VI. 57, (μήτις ὑπεκφύγοι, cet.) — Οἱ Τρώων μὲν ὑ π ε ξ έ φ υ γ ο ν στονόεσσαν ἀϋτήν 11. 383. — ὑπέκφυγε Κῆρα V. 22, XVI. 687, XXII. 202 (Κῆρας θανάτοιο) — (ὄφρα τάχιστα 3. 175) ἵν' ὑπὲκ κακότητα φύγοιμεν 9. 489, 10. 129, — φεύξεσθαι ὑπ' ἐκ κακοῦ XIII. 89. — μηδ' ἡμᾶς ὑπεκφύγοι 16. 372. — τό κεν οὔτις ὑπεκφύγοι οὐδ' ἀλέαιτο 20. 368. Cf. VIII. 243. αὐτοὺς δή περ ἔασον ὑπεκφυγέειν καὶ ἀλύξαι, 12. 216 τόνδε γ' ὄλεθρον ὑπεκφυγέειν καὶ ἀλύξαι. Duo loci restant XX. 191 ἔνθεν δ' ἐς Λυρνησὸν ὑπέκφυγες, 23. 320. Ὀδυσσεὺς δ' οἶος ὑπέκφυγε νηὶ μελαίνῃ. Quod verbum et fabularum et pedestris orationis scriptoribus usitatum vetustate nunquam abolevit. Orph. Lith 345 νοῦσον ὑπεκφεύξεσθαι, Nonn. Dionys. 32. 281 καὶ πρόμαχοι τότε πάντες ὑπέκφυγον, 42. 258 ὅττι θεοὺς ποθέοντας ὑπέκφυγον, (ap. quem sec. Lehrs. quaest. 324 ter legitur,) Agath. Schol. V. 294. 11 καὶ διαδὺς λέχριος ἐν θαλάμῳ Τὴν φύλακα κνώσσουσαν ὑπέκφυγον. Unum superest Hom. XV. 180 σὲ δ' ὑ π ε ξ α λ έ α σ θ α ι ἀνώγει χεῖρας. Ὑπεκπρο — vid. §. 28

Notione his propinquum est Hes. theog. 615 τοῖο γ' ὑ π ε ξ ή λ υ ξ ε βαρὺν χόλον, Apoll. Rhod. 3. 551 κείνης δ' ὅγε μείλιχος ὄρνις Πότμον ὑπεξήλυξε. Oppian. Cyneg. 4. 225 οὐδὲ δύνανται Αὖτις ὑ π ε κ δ ῦ ν α ι, δεινοῦ δ' ἤντησαν ὀλέθρου, quocum comparandum Oppian. Halieut. 3. 395 τῇ δ' οὔτις ὑ π έ κ δ υ σ ί ς ἐστιν ἑτοίμη et, si placet, Herod. 1. 10 ὑπεκδὺς ἐχώρεε ἔξω. Apud Apollonium 2. 983 rivi praeclare dicuntur arena ὑ π ε ξ α φ ύ ε σ θ α ι, et 3. 705: τὸ δὲ πολλὸν ὑπεξέχυτ' αὐτίκα δάκρυ. Quorum priori appono Antip. Sidon. IX. 722. 2 μαστῷ πόρτιν ὑ π ε κ δ έ χ ε τ α ι, posteriori autem Rufin. V. 66. 6 ἀποψήσασα δὲ δάκρυ Ταῖς τρυφεραῖς ἡμᾶς χερσὶν ὑ π ε ξ έ β α λ ε ν, Nicand. Alexiph. 227 ὄφρ' ἂν ὑπεξερύγῃσι δαμαζόμενος χερὶ λώβην, quod excepto ὑ π έ κ Alexiph. 297 uni-

cum est huius compositionis exemplum apud Nicandrum. In his autem manifestus summovendi significatus. Quibus subiungo Orph. Argon 69 νῆα, Ἡ οἱ ὑπ' εἰλατίνοις ἐρετμοῖς ἁλιμυρέα βένθη Πρώτη ὑπεξεπέρησε, (cf. ib. 51 Πιερίην — ἐξεπέρησεν,) et Quint. Smyrn. 1. 204 καὶ τὸ μὲν ὣς ἤμελλον ἐτήτυμον ἤματι κείνῳ Κῆρες ὑπεκτελέειν, quo loco occulti notio a Papio investigata mihi quidem magnas certe habere suspiciones videtur. Tria restant verba in Anthologia inventa: Leon. Alex. VII. 480. 1 ἤδη μευ τέτριπται ὑπεκκεκαλυμμένον ὀστεῦν, de quo frustra dubitat Papius, ὑπεκτανύω Paul. Silent., idque, quod in Leonidae carmine pro ὑπερχαλάω scribebatur, ὑπεκχαλάω.

§. 26.

Ὑποκατα—

Cum his vero in pedestri oratione compluria componebantur, (ὑποκάθημαι, ὑποκαθίζω, ὑποκαθίστημι, ὑποκατακλίνω, ὑποκαταμένω cet.) ab epicis vix ullum praeter βάλλειν et πίπτειν, Quint. Smyrn. 10. 484 Οἰνώνηντε Πάριντε μιῇ δ' ὑποκάββαλε τέφρῃ, 1. 589 ὅσων ὑποκάππεσε γυῖα — ὑφ' ἡμετέρῃς παλάμῃσιν. Qui loci eo discrepant, quod alter praeverbio duplicato ad eum locum proxime accedit, quo ὑποδάμνασθαι continetur. Vid. §. 1. Ὑποκάτω et ὑποκάτωθεν, quorum notio dilucida est, inde a Platonis temporibus usu a Graecis recepta sunt.

Ὑποπαρα—, ὑποπερι— et ὑποπρο— in poetarum carminibus deficiunt, ipsaque pedestri oratione sunt rarissima, eaque recentissima. Ὑποπαῤῥάβορος paene barbarum videtur, ὑποπαραληρέω et ὑποπαρωθέω ad eorum normam diiudicanda, quae multa iam a nobis sunt tractata. Ὑποπεριπλύνεσθαι de ὑπηλάτοις φαρμάκοις, ὑποπεριψύχειν de horrore frigoreque affectis Hippocrates scite dicit. Ὑποπροθέω, ὑποπροῤῥέω, et ὑποπροχέω tantum a frigida absunt abundantiae calumnia, ut ab optimis quibusque poetis praeverbium ἐκ talibus medium inseri consuescat. Ὑποσυγχέω vid. lex.

Cap. VI.

Vocabula a tribus composita praeverbiis.

Quoniam eo perventum est, ut de iis disserendum videatur, quae cum trinis praepositionibus consociata sunt, pleraque ex hoc genere vocabula colligamus vel ea, in quibus ὑπό praeverbium abest. Plurima enim huiuscemodi verba hoc praeverbio non carent, ut tanti non sit, ea, quae careant, separare. Cf. Progr. Lycc. 1846. §. 26.

§. 27.

A ceteris segregandum est Apollon. Rhod. 2. 595 ἡ δ' ἄφαρ, ὥςε κύλινδρος, ἐπέτρεχε κύματι λάβρῳ Προπροκαταΐγδην κοίλης ἁλός] εἰς τοὔμπροσθεν ἄνωθεν καταφερομένη, in quo altera praepositio est geminata, rem ipsam signatura et descriptura. Tum Oppian. Halieut. 4. 661 πόντῳ ἐγκατέπαλτο λίνων ὕπερ et Hom. XIX. 351 οὐρανοῦ ἐκκατέπαλτο a plerisque a πάλλομαι nata putantur, a Wolfio per anastrophen scripta: οὐρανοῦ ἐκ κατέπαλτο, sicut est Hom. XI. 94 ἐξ ἵππων κατεπάλμενος et Apollon. Rhod. 2. 583 (κῦμα) νηὸς ὑπὲρ πάσης κατεπάλμενον, quod Scholiastes explicat voce ὑπεραναβάν. Alii autem nescio an haud perperam ad verbum ἄλλομαι haec referant, qui ultimae proximam inflexo accentu notare solent. De κατεναντίος, ὑπεναντίος et ἀπεναντίος supra §. 23 a nobis satis dictum est.

§. 28.

His igitur praetermissis apud Homerum quattuor potissimum reperiuntur coagmenta huc pertinentia: ἐξυπανα—, ὑπεξανα—, ὑπεκπρο— et παρεκπρο—, quae sigillatim quodque perstringamus.

Eustath. 217. 20 ad Hom. Il. 267 σμῶδιξ δ' αἱματόεσσα μεταφρένου ἐξυπανέστη] ἤγουν κάτωθεν εἰς εὐθὺ ὑψώθη. δηλοῖ γάρ φασιν ἐνταῦθα ἡ μὲν ὑπό πρόθεσις τὸ κάτωθεν, ἡ δὲ ἐξ τὸ εἰς εὐθὺ, ἡ δὲ ἀνά τὸ ὕψος, ὡς καὶ ἐν τῷ ὑπεξαναδύς καὶ τοῖς ὁμοίοις. ἰστέον γὰρ, ὅτι οὐδαμοῦ στοιβὴν προθέσεων μάτην οὕτω τίθησιν ὁ ποιητὴς, ἀλλ' ἑκάστη τῶν συγκειμένων προθέσεων σημαίνει τι, ὡς καὶ ὅτε εἴπῃ ἡμιόνους ὑπεκπρολυθῆναι ἀπήνης. Καὶ ἐκεῖ γὰρ ἡ ὑπό πρόθεσις τὴν κάτω σχέσιν δηλοῖ, ἡ δὲ ἐξ τὴν ἐκτὸς, ἡ δὲ πρό τὴν ἐπὶ τὰ ἔμπροσθεν, ἵνα λέγῃ, ὅτι κάτωθεν τοῦ ζυγοῦ ὄντας ἔξω ποιήσαντες ζυγοῦ προελθεῖν εἰς νομὴν ἐποίησαν.

Schol. Vill. p. 61 ad Hom. XIII. 352 ὑπεξαναδὺς πολιῆς ἁλός] ἐμφατικως δε πυκνας τας προθεσεις ἐλαβεν ἐν τῳ ἐξυπανεστη, ὡς ἐν τῳ ὑπεξαναδυς· και δια μεν της ὑπο την κατωθεν, δια δε της ἐξ την εὐθυ, δια δε της ἀνα την εἰς ὑψος σχεσιν ἡ ὑποτρεχοντος του αἱματος κατ᾽ ὀλιγον ἐξω διηρεν. Namque ὑπό notat hoc loco τὸ ὑποκάτω τοῦ ὕδατος, ἐξ τὸ ἐκτὸς τοῦ ὕδατος, ἀνά τὸ ἄνω γενέσθαι καὶ παντελῶς ἀπήλλάχθαι τοῦ ὑγροῦ.

Eustath. 1553. 7 ad Hom. 6. 87 πολὺ δ᾽ ὕδωρ καλὸν ὑπεκπρορέει] ἐν δὲ τῷ ὑπεκπρορέει καὶ ὑπεκπροέλυσαν ἀπήνης (ib. 88.) οὐκ ἀλόγιστος ἡ ὁμοιότης τῆς τῶν ἐπαλλήλων προθέσεων συνθέσεως· ἐν μὲν γὰρ τῷ ὑπεκπρορέει ἡ μὲν ὑπό τὴν κάτωθέν ποθεν ἀνάδυσιν δηλοῖ τοῦ ὕδατος, ἡ δὲ ἐκ τὴν ἔξοδον αὐτοῦ, ἡ δὲ πρό τὴν αὐτοῦ πρόοδον· οὕτω δὲ καὶ ἐν τῷ ὑπεκπροέλυσαν ἀπήνης λέγει, ὅτι τοὺς ἐζευγμένους ἡμιόνους ὑπὸ τῇ ἀπήνῃ, ἔξω ζυγοῦ ἀγαγόντες, προέρχεσθαι ἀφῆκαν εἰς νομήν.

Praeter haec Homerus ὑπεκπροθέειν IX. 506, XXI. 604, 8. 125 usurpabat, quod idem est Apollon. Argon. 4. 937, Oppian. Cyneg. 2. 522, et ὑπεκπροφεύγω XX. 147, XXI. 44, 12. 113, 20. 43, apud Hesiodum quoque scut. 42 repertum et apud Quintum Smyrnaeum 1. 634. — Apollonius 4. 225 ὑπεκπρὸ δὲ πόντον ἔταμνεν Νηῦς. Oppianus autem Cyneget. 4. 160 ὑπεκπροθορών significantius sane scripsit, quam 4. 167 ἐκπροθορών. Mirum enim, quantum in his artificium sit, picturae proximum. Unum Eustathius intactum reliquit Hom. XXIII. 314 ἵνα μή σε παρεκπροφύγῃσιν ἄεθλα.

§. 29.

Atqui haec quidem apud Homerum reperiuntur eosque, qui hunc sunt secuti. Novum autem, siquidem recte Pl. Suid., in Anthologia exstat exemplum 1. 282, ep. 292. 3 πάνθ᾽ ἅμα Νικονόη συνεπέκπιεν, quo loco P. σὺν ἔκπιε. Cf. Aristoph. Plut. 1058, Xenoph. Anab. 7. 3. 32. Vid. Bast. ad Gregor. Corinth. p. 375, qui librariorum in praepositionibus εἰς et ἐπί omittendis castigat negligentiam.

§. 30.

Et reliqua quidem pedestri orationi fere propria hoc loco strictim et extremis, ut dicitur, digitis attingamus. Prae ceteris saepissime verbum ἵστημι a tribus componitur praeverbiis, ex quo genere sunt ἀνθυποκατασταθείς, ἐπεξανίσταμαι, κατεξανίσταμαι, (κατεξανάστασις, κατεξαναστατικός,)

προδιασυνίστημι, προςεξανίσταμαι, συναποκατάστασις, συνεξανίστημι, συνεπανίστημι, cui opponendum videtur συνεπανορθόω. Ad horum societatem se applicant συνεπικάθημαι, συμπαρακαθέζομαι, συμπαρακαθίζω, συμπαρακατακλίνω, συνειςκατοικέω, quibus subiungo ἀντιπαρεκτείνω, προανεκτείνω, συμπαρεκτείνω, συνεπεκτείνω, προςεπικατατείνω, simul verbo adiecto προςεπικαταδέω.

Iam ea sequuntur, quae cum verbis eundi componi solent: κατεπεμβαίνω, προςεπεμβαίνω, συνεπεμβαίνω, ἀντιπαρέξειμι, συνδιέξειμι, (συνδιεκκύπτω, συνδιεκπίπτω,) συνεπείςειμι, προδιέξειμι, προδιεξοδεύω, προδιεξέρχομαι, προςπαρειςέρχομαι, συμπαρειςέρχομαι, quocum notione coniunctum est, συμπαρειςφθείρομαι, tum ἀντιπαρεξέρχομαι, ἀντιπαρειςρέω, ἀντιπαρεκδύομαι et προςαπεκδύομαι paullisper diversum. Quibus subsequuntur ferendi vocabula: προςεπειςφέρω, συμπαρεμφέρω, συνεπειςφέρομαι, συνεπειςκυκλέω, προςεπεμβάλλω, ἐπιπαρεμβάλλω, προεξαποστέλλω, et προςεξαποστέλλω, quod incertum habetur, συνεξαποστέλλω, συνεπαφίημι, συνδιεξίημι, ἀντιπαρεξάγω, προεξανάγομαι. Et his quidem continuantur καθυπεμφαίνω, παρυπεμφαίνω, προςυπεμφαίνω, συνεπεμφαίνω, et συνεπεκφαίνομαι, de quo ambigitur. His vero appono vocem προςεπεξηγέομαι, eaque, quibus iubendi sententia subiecta est, προςαντεπιτάσσω, προεξεφίεμαι Soph. Trach. 756., aut minitandi, ut προςεπανασείω, postremo, in quibus vis inest quaerendi, προςεπανέρομαι et ἀντιπαρεξετάζω, apposito προςεπεξευρίσκω.

Singularia haec sunt tractanda: καθυπενδίδωμι et ὑποπαρενθυμέομαι, quibus cedendi cessandive notio subest, tum συναποκαθαίρω, προςεπεξεργάζομαι, (προςεπεξεργασία,) ad extremum ea, quae incertissima sunt, προσυνδιαφθείρω et συνεπαπερείδω. De κατέναντι vid. §. 23.

Cum autem nihil sit, quod de his singulis hoc loco perscribam, tota haec quaestio in aliud tempus differatur.

Corrigenda:

pag. I. lin. 23. pleonasmi pro plenasmi.
(- IV. - 5. quaestionis — questionis.)
- 2. - 29. τόσσον — τόσσων.
- 3. - 22. ὑπόειξεν — ὑπόειξαν.
- 4. - 19. ὑποδδείσαντες — ὑποδείσαντες.
- 5. med. Διὶ et Ἆψ — Διί et Ἄψ.
- 7. med. ὑπακούω, (bis,) extrem. ὑπακουός.
- 10. med. μετώπῳ) — μετώπῳ.
- 13. lin. 27. ἐξαλλαγὴν — ἐξαλλαγήν.
- 15. - 24. Ἀχαιοὺς — Ἀχαίους.
- 17. med. γαϛρὶ — γαστρί.
- 24. med. significari maluerit — significare maluerit.
- 26. lin. 10. λαοὶ — λαοί.
- 29. - 23. ὑφυπερ — p. ὑπουπερ —